

CAPUT II.

De Sexto Praecepto et Nono: *Non moechareris, etc. Non concupisces, etc.*

412. — « Coniungo haec duo praecepta,
« quia utroque idem explicite vel impli-
« cite prohibetur, scilicet peccata impu-
« dicitiae et luxuriae.

Luxuria,
quid.

« Est autem luxuria inordinatus appe-
« titus vel usus delectationis seu sensus
« venerei, qui fit cum commotione spiri-
« tuum generationi servientium circa par-
« tes corporis venereas; ita ut appetitus
« vel delectationes aliae, etsi etiam sen-
« sitivae aut sensitivorum, si tamen non
« sint venereae aut venereorum, nec ad
« ea ordinentur, non spectent ad luxuriam.

Actus lu-
xuriae im-
perfecti.

« Porro actus seu peccata luxuriae di-
« stinguuntur in *imperfectos*, in quibus non
« intervenit ultimus terminus venereo-
« rum, quae est decisio seminis: ut sunt

« actus interni desideriorum et oblectatio-
« num morosarum, qui speciem sumunt
« ab objectis; et *perfectos* ac consumma-
« tos, qui terminum jam dictum habent
« adjunctum. — Qui rursus sunt duplices.
« Alii enim sunt *naturales*, qui naturae *Naturales*.
« non repugnant, nec specie differunt in
« ratione luxuriae (etsi per deformitatem
« superadditam aliquando specie differant)
« v. gr. adulterium, incestus, etc. Alii *in-*
« *naturales* sunt seu contra naturam, in
« quibus conditiones a natura institutae,
« v. gr. identitas speciei, vas debitum, etc.,
« non servantur. Et hi etiam in ratione
« luxuriae differunt specie; quae in illis
« variatur secundum modos, quibus com-
« mittuntur naturae repugnantes ».

DUBIUM I.

An et quanta peccata sint oscula, amplexus, tactus, verba obscoena,
et similia, extra matrimonium.

413. *Quae sit delectatio venerea, quae sensitiva.* — 414. *Quomodo sit malus omnis actus venereus.* — 415. *An detur parvitas materiae in re venerea.* — 416. *An detur in delectatione sensitiva.* — 417. *An oscula aliquando sint licita.* — 418. *Et quando excusentur a mortali.* — 419. *De tactu et aspectu turpi corporis, aut commixtionis brutorum.* — 420. *De tactu et aspectu turpi corporis alieni: ac de tactu genitalium brutorum.* — 421. *An sit semper mortale aspicere pudenda sexus diversi. Vel pulcri adolescentis. Et an aspectus isti induant speciem objecti.* — 422. *An liceat aspicere partes honestas diversi sexus.* — 423. *An sit mortale aspicere pectus, crura, etc. mulieris.* — 424. *An sit mortale aspicere picturas turpes.* — 425. *An liceat mulieri se ornare et faciem fucare. — Quid si detegat ubera vel utatur veste virili.* (*Remissive ad Lib. II, n. 52 et 54.*) — 426. *Quando peccant graviter proferentes verba turpia.* — 427. *An semper graviter peccant audientes comoedias turpes. An, ad eas cooperantes pecunia vel plausu.* — 428. *An, illas repraesentantes et componentes.* — 429. *An, liceat choreas ducere.* — 430. *An peccet mulier permittens se tangi. — An mulier, ad vitandos tactus impudicos, teneatur clamare.* — 431. *An liceant tactus, etc., inter conjuges aut sponsos.*

Delectatio
venerea et
sensitiva.

413. — « Resp. Ad id dignoscendum,
« distinguenda est imprimis intentio et
« delectatio venerea et venereorum, ab
« intentione et delectatione sensitiva et
« sensitivorum aliorum, quae consistit in
« quadam proportione et conformitate rei
« tactae cum organo tactus. — Deinde
« sciendum, intentionem et sensum vene-
« reorum esse mortalem, et excludere a

« regno coelorum, secundum Apostolum
« ad Gal. v ».

Nunc aegre materiam illam tractan-
dam aggredimur, cuius vel solum nomen
hominum mentes inficit. — Det mihi ve-
niām, quaeso, castus lector, si plures quae-
stiones et circumstantias a Patre Busen-
baum omissas, hic discussas et declaratas
inveniet. Utinam brevius aut obscurius

Monitum
S. Alphon-
si.

explicare me potuissem! Sed cum haec sit frequentior atque abundantior confessionum materia, et propter quam major animarum numerus ad infernum delabitur: immo, non dubito asserere, ob hoc unum impudicitiae vitium, aut saltem non sine eo, omnes damnari quicunque damnantur; hinc opus mihi fuit, ad instructio nem eorum qui moralem scientiam cupiunt addiscere, ut clare (licet quo castissime fieri potuit) me explicarem, et plurima particularia discuterem.

Oro tamen studiosos, qui ad munus audiendarum confessionum se parant, ut hunc Tractatum de sexto paecepto, quemadmodum et alium de debito conjugali, non legant, nisi cum fuerint ad excipiendas confessiones jam proximi; legantque ob hunc unice finem, omnem prorsus curiositatem abjicientes. Atque eo tempore saepius mentem ad Deum elevent, et Virgini Immaculatae se commendent: ne, dum aliorum animas Deo student acquirere, ipsi suarum detrimentum patientur.

414. - Quamvis sub hoc paecepto *Non moechaberis*, tantum exprimatur adulterium, quod proprie significat vox graeca *moechia*; nihilominus omnis actus venereus extra matrimonium eodem paecepto vetatur. Vide Salmant.¹, qui fuse hoc probant cum S. Augustino et S. Ambrosio. — Nam etsi fornicatio minus sit malum quam adulterium; attamen, quia a lege naturae copula carnalis tantum ad matrimonium est ordinata, per quod proles non solum gigni, sed etiam bene educari possint: ideo in hoc paecepto Deus prohibuit omnem coitum extra matrimonium, et simul omnem actum venereum, qui ad generationem ordinatur. Praeterquam quod fornicatio jam alibi expresse vetita a Deo invenitur: prout Lev. xix, 29; Deut. xxiii, 17; et I Cor. vi, 9.

« Unde resolves:

415. - « 1^o. Oscula, amplexus, aspectus, tactus, et similia, si extra matrimonium

¹ Tr. 26, de 6^o Praec., cap. 1, n. 3. - S. August., Serm. 9, cap. 10; de Serm. Dñi in monte, lib. 1, cap. 12, num. 36; Quaestio. in Heptateuch, lib. 2, in Exod., qu. 71; ap. Migne, tom. 38, col. 85; tom. 34, col. 1246 et 620. - S. Ambros., de Officiis, lib. 1, cap. 50, num. 255; ap. Migne, tom. 16, col. 101. - ² Tr. 30, cap. 9, num. 172 et seqq. - ³ Lib. 4, cap. 3, a n. 57. - ⁴ De Matrim., lib. 9, disp. 46, n. 7 et 8. - Loc. cit., n. 9, 15, 16 et 39. - ⁵ Navar., in can. *Si cui etiam,*

« fiant, ex intentione actus luxuriosi vel ob delectationem veneream, etiam non illam perfectam, quae est in seminatio; sunt tamen semper peccata mortalia. Quia, eo animo, extra matrimonium sunt impudica, et natura sua, talis delectatio tendit ad perfectam. — Filiiuccius², Lessius³, Sanchez⁴.

Quaeres: *an in genere luxuria detur parvitas materiae?*

Praenotandum, quod distinguunt DD. delectationem veneream sive carnalem, scilicet, cum commotione spirituum genitalium, a delectatione sensitiva sive naturali. — Hinc duo Dubia agitantur.

Dubium 1^{um} est: *an detur parvitas materiae in re venerea?*

Sanchez⁵, secluso periculo pollutionis vel consensus in actum carnalem, sentiri parvitatem materiae: prout esset attractare manum vel pedem feminae, brachium premere, vellicare seu intorquere digitos. Et idem tenent Navarrus, Sotus, Salas et plures, apud Salmant.⁶ Idem videtur etiam tenere Tamburinius⁷. — Sed Tamburinius alia via incedit. Distinguit enim cum Palao (qui vocat hanc sententiam communissimam), et dicit, non dari quidem parvitatem materiae in re venerea, in qua quaevis parva delectatio graviter est mala: sed dari tamen in materia luxuria, quae latius patet ad sensum tactus. Hinc dicit, tactum levem ex joco vel cum delectatione non venerea, culpam veniale non excedere.

His tamen non obstantibus, omnino tendendum est cum Viva (in Trutina super prop. 40 damnata ab Alexandro VII), et Salmant.⁸ ac Moya et Corella, quod omnis delectatio carnalis sive luxuriosa, cum advertentia et deliberatione capta, sit mortale peccatum; maxime post praedictam prop. 40, quae dicebat: *Est probabilis opinio, quae dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem et sensibilem, quae ex osculo oritur, se-*

Delectatio
venerea et
sensitiva.

Quidam ad
mittunt par
vitatem in
materiae in
venereis.

Allii dis
tinguunt.

Omnino ne
gandum da
ri parvita
tem materi
iae.

de poenit., dist. 1, n. 17. - *Domin. Sotus*, Summa de la doctrina christiana, cap. 5, v. *Luxuria*. - *Salas*, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 13, disp. 6, sect. 23, n. 157, v. *Dico* 5. - ⁶ Tr. 26, cap. 3, num. 79. - ⁷ Decal., lib. 7, cap. 8, § 1, n. 8 et 9. - *Pal.*, tr. 16, disp. 5, punct. 9, num. 8. — *Viva*, in dict. propos., num. 1. — ⁸ Loc. cit., num. 81. — *Moya*, tr. 6, disp. 2, qu. 2, § 3. - *Corella*, tr. 17, num. 259 et 260 (in ed. lat. n. 261 et 262).

cluso periculo consensus ulterioris et pollutionis. — Si enim in osculis non datur materia levis; nec etiam danda est in aliis tactibus cum delectatione carnali. Ratio, quia quaevis carnalis delectatio, sive commotio spirituum generationi deservientium, est quaedam inchoata pollutio, seu motus ad pollutionem.

Merito igitur Continuator Tournely¹, et Salmant.² cum Cajetano, Bonacina³, Tabiena, Lopez, actus supra relatos, scilicet vellicare manum feminae, intorquere digitos, etc., damnant peccati mortalis: ob delectationem carnalem quae tunc habetur, vel saltem ob istius proximum periculum. — Et merito pariter Croix⁴ rejicit opinionem Arriaga, qui dicit non graviter peccare, qui sponte consentit in tales motus leves carnales sponte obvenientes⁵.

416. - Dubium 2^{um} est: *an detur parvitas materiae in delectatione sensitibili sive naturali?* nempe, si quis delectetur de contactu manus feminae, prout de contactu rei lenis, puta rosae, panni serici et similis?

¹ De 6^o Praec., art. 8, concl. 2. - ² Tr. 26, cap. 3, n. 65. - *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 4. - *Tabiena*, v. *Osculum*. - *Ludov. Lopez*, Instruct. consc., part. 1, cap. 58, v. *At Navarrus*. - ³ Lib. 3, part. 1, n. 911. - *Arriaga*, de Peccat., disp. 46, n. 17. - *Sotus*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 4, concl. 4, v. *Nihilominus* (in edit. Duacen. 1628). - *Fill.*, tr. 30, n. 176. - *Thom. Hurtad.*, Resol. moral., tr. 3, cap. 3, resol. 27. - *Moya*, tr. 6, disp. 2, qu. 2, § 1, n. 13. - ⁴ Tr. 26,

415. - ^{a)} Bonacina, *de Matrim.*, qu. 4, punct. 9, n. 11, his uitur verbis: « Ego tamen sentio in hac materia non esse laxandas habenas, cum sit materia valde periculosa; nec facile praedictum contactum, si fiat cum delectatione venerea, excusarem a mortali ». ^{b)} Arriaga tamen, tom. 5, disp. 58, n. 46, ut et ipse Croix notat, hanc suam sententiam retractavit.

416. - ^{a)} S. Antoninus, part. 2, tit. 5, cap. 1, § 9, id tantum a contrario insinuat, dicens ejusmodi tactus peccatale lethala esse, « quando fiunt ex libido extra matrimonium ».

^{b)} Salas male citatur a Salmant.; quamvis enim, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 13, disp. 6, sect. 20, n. 139, hanc sententiam cum ejus probatioibus exponat, attamen n. 141 subdit: « Haec nunc dicta sunt ex mente aliorum; nam ego modo nihil definire volo; sed proponere rationes hujus sententiae, ut docti de ea judicent, quorum iudicio me subjiciam ». Et n. 143: « An vero, inquit, etiam sint dicendi tactus libidinosi, ac proinde ex genere suo mortales, illi qui praecise assumantur propter dele-

Prima sententia affirmat cum S. Antonino^a, Silvio, Salas^b, Navarro^c, Filiuccio, Hurtado, Moya et pluribus, apud Salmant.^d Et adhaeret Busenbaum (infra, n. 418); et Continuator Tournely^e cum Comitolo, Baronio^f, Silvio et aliis.

Secunda tamen sententia negat cum Cajetano, Diana et aliis, apud Salmant.^g

Alii ne
gant.

S. Doctor
ait negati
vam tenen
dam.

Quidam ad
mittunt par
vitatem in
sensitivade
lectatione.

416. - Dubium 2^{um} est: *an detur parvitas materiae in delectatione sensitibili sive naturali?* nempe, si quis delectetur de contactu manus feminae, prout de contactu rei lenis, puta rosae, panni serici et similis?

^a De 6^o Praec., art. 7, sect. 1, concl. 3. - *Comitolo*, Responsa moral., lib. 4, qu. 20, n. 6. - *Silvius*, loc. cit. - *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 4. - *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 136. - ^b Loc. cit., n. 40. - ^c Loc. cit., n. 48. - *Fill.*, tr. 30, n. 179. - *Trull.*, lib. 6, dub. 12, n. 5. - *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 136. - ^d Tr. 12, de 6^o Praec., cap. 1, qu. 3. - ^e De 6^o Praec., n. 186. - ^f Sacramental., part. 4, cap. 3, num. 687. - ^g Lib. 3, part. 1, n. 894.

stationem naturaliter, necessario et proxime ex illis resultantem, et fundatam solum in suavitate naturali objecti tangibilis..., dicam 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, de luxuria, ubi re maturius considerata et aliorum suffragiis auditis sententiam meane planie proferam ». Quod tamen commentatorum in 2^{am} 2^{ae}, si forte scriperit, publici tamen juris non fecit Salas.

^{c)} Navarrus, *Man.*, cap. 16, n. 11; *Vincen*tius *Baronius*, *Contra Amaedeum (Guime*ni*um)*, disp. 1, sect. 1, art. 3, § 15, negant ullum in hoc inesse peccatum.

^{d)} Sanchez, *de Matrim.*, lib. 9, disp. 46,

^{e)} Salas male citatur a Salmant.; quamvis enim, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 13, disp. 6, sect. 20, n. 139, hanc sententiam cum ejus probatioibus exponat, attamen n. 141 subdit: « Haec nunc dicta sunt ex mente aliorum; nam ego modo nihil definire volo; sed proponere rationes hujus sententiae, ut docti de ea judicent, quorum iudicio me subjiciam ». Et n. 143: « An vero, inquit, etiam sint dicendi tactus libidinosi, ac proinde ex genere suo mortales, illi qui praecise assumantur propter dele-

Exception
casu raro.

babilem; quia per se est mortale, se expone periculo consentendi in delectationem venereum.

Excipit tamen Croix aliquem, a quo abesset tale proximum periculum. — Id vero vix tantum admitterem cum Patre Holzmann¹, in aliquo casu raro, quo per longam experientiam quis esset moraliter certus, nullum periculum consensus ipsi imminere. Sed hic casus quando erit?

Notandum vero, aliud esse (ut bene distinguit Continuator Tournely²), agere propter delectationem capiendam; aliud cum delectatione quae consurgit ex qualitatibus corporibus annexis: in qua bene potest dari parvitas materiae, si delectatio sit mere sensibilis sive naturalis. Modo (addendum) non sistas in ea, sed in tactu delectationem detesteris; alias non age res cum delectatione, sed propter delectationem; quod non potest esse sejunctum a periculo incidendi in delectationem venereum.

Actus imperfecti ejusdem naturae cum perfecti. ejusdem naturae quam perfecti.

Oscula, amplexus, etc., quando sint licita.

Aliud agere delectationem aliud, cum delectatione.

Agere cum delectatione, quando sit leve.

« 2°. Tales actus^e sunt ejusdem naturae cum perfectis sive consummatis. Ideo que in confessione explicandum, utrum sint habiti cum simili sexu, an diverso; cum libera, an conjugata, cognata, persona sacra, etc. — Lessius^f, Sanchez^f.

417. — « 3°. Oscula, amplexus, compres siones manuum, et similia non obscoena, si fiant tantum officii ». [Ut S. Thomas^g] « aut moris patrii, aut amoris honesti, vel benevolentiae augendae causa, etiamsi delectatio venerea suboriatur (modo in eam non consentiatur), non sunt peccata. — Lessius, Filiuccius^h. [Ita communiter S. Antoninusⁱ, et Tournely^j cum Silvio^k].

Recte tamen notat Croix^l, quod oscula,

^e Croix, lib. 3, part. 1, n. 894. — ^f De Praec. decal., n. 706. — ^g De 6° Praec., art. 7, sect. 1, concl. 3, v. Verum probatum. — ^h 2° 2^a, qu. 154, art. 4. — ⁱ Less., lib. 4, cap. 8, n. 56. — ^j Tr. 30, n. 170 et 171. — ^k Part. 2, tit. 5, cap. 1, § 9 et 10. — ^l Loc. cit., concl. 1, v. Resp. ad 1. — ^m In 2^{am} 2^{ac}, qu. 154, art. 4, concl. 1, v. Quaeres. — Silvius, in 2^{am} 2^{ac}, qu. 154, art. 4, concl. 3. — Contin. Tourn., loc. cit.

^e Id est oscula, amplexus, aspectus, tactus, etc., de quibus Busenbaum tractavit n. 415 supra, in *resolves* 1.

^f Lessius, lib. 4, cap. 3, n. 123; Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 2, n. 11, ita sane docent, disputantes de delectatione morosa;

etiam habita ex more patriae^a, si habeantur cum mora vel ardore, ordinarie sunt mortalia. Idem ait cum Sporer, de osculis in ore, vel si quis ore excipiatur lingua alterius. — Advertit e converso cum Sanchez^b, etc., quod osculari pueros (intelligendum de valde pueris), etiam cum sensibili delectatione, non est ordinarie nisi veniale; quia delectatio illa ordinarie non est nisi naturalis.

418. — « 4°. Si vero ista fiant ex aliqua veniali vanitate, joco, curiositate, levitate, petulantia, immo etiam sensualitate, sive affectu sensuali ac naturali (dummodo non cum delectatione venia nec ejus causa: etsi praeter intentionem suboriatur, ea repulsa, ac tunc abstinendo), veniale culpam non excedunt. Ut vide Filiuccium^c, Lessium, Sanchez^d, Diana^e. — Contrarium tamen est tutius; ut vide Trullenbach^f. — [Sed vide dicta n. 416].

419. — « 5°. Idem dicendum de tactu et aspectu in honestarum partium corporis proprii aut commixtionis animalium; non cum animo venereo, sed ex curiositate tantum aut levitate: secluso tamen scandalo et periculo consensus venerei ».

Tangere propria verenda ex levitate aut curiositate, per se non est mortale; ut dicunt Salmant.^g cum Sanchez et Bonacina, ac Continuator Tournely^h cum Silvio, et communi. Modo absit turpis delectatio aut ejus periculum, et fiat obiter et non repetitis vicibus; ut bene advertit Continuator Tournely: quia alias jam aderit periculum. — Hinc non excusat a mortali, qui cum commotione spirituum et sine justa causa propria pudenda tan-

disp. 46, n. 13. — ^g Loc. cit., n. 171, 176 et seqq. — ^h Less., loc. cit., n. 62. — ⁱ Loc. cit., num. 10. — ^j Part. 4, tr. 4 resol. 136. — ^k Lib. 6, dub. 12, n. 8. — ^l Tr. 26, cap. 3, num. 68. — ^m Sanchez, de Matrim., lib. 9, disp. 46, num. 14. — ⁿ Bonac., de Matrim., qu. 4, punct. 9, n. 8. — ^o De 6° Praec., art. 7, sect. 2, concl. 1, v. Quaeres. — Silvius, in 2^{am} 2^{ac}, qu. 154, art. 4, concl. 3. — Contin. Tourn., loc. cit.

^a In confessione talium delectationum (sunt verba Lessii), explicanda est etiam conditio personae quae animo fuit proposita ».

^b Croix non loquitur hic de osculis more patriae habitis; sed in generali de osculis cum ardore vel mora factis.

Habita ex more patriae, quando lethalia.

Osculari pueros cum sensibili delectatione, veniale.

Oscula, amplexus, etc. ex joco, vanitate, etc.

Tactus et aspectus turpis proprii corporis.

Tactus et aspectus turpis alieni corporis.

Quando lethale.

Idem dicendum de aspectu.

geret. Hinc recte ait Continuator Tournely¹, esse mortalem aspectum propriorum genitalium, si fiat studiose et morose absque necessitate (ut intelligendum). Secus, si breviter; ut Silvius et Sanchez².

An autem conjux, seipsum voluptuose tangens, peccet? — Vide dicenda de Matrim., Lib. VI, n. 936.

Morose autem aspicere commixtionem animalium, periculoso est; ut bene notant Salmant.³ et Croix⁴. — Excusantur vero conjugentes equos, tauros et similes, ad procreandam prolem: modo absit animus libidinosus; ut bene ajunt Continuator Tournely⁵, Tamburinius⁶, Elbel⁷ et Holzmann⁸.

« Immo, si tactus talis aut aspectus proprii corporis, naturali aliquo ac non malo fine fiat, ne veniale quidem erit; ut v. gr. si fricatione extinguere velis pruritum non venereum: dummodo tamni forte fiat per jocum aut ex petulantia vel curiositate; ut, cum Busenbaum (hic, n. 425, ad 7), tenent Tamburinius⁹ et Croix¹⁰.

420. — « 6°. Tactus nudi et aspectus partium in honestarum alterius corporis, maxime diversi sexus, aut concubitus humani, ex curiositate (nam de necessitate aliud est), etiam secluso affectu venereo, videntur non posse excusari a

¹ De 6° Praec., art. 7, sect. 2, concl. 2. — Silvius, in 2^{am} 2^{ac}, qu. 154, art. 4, concl. 7, n. 5. — ² Loc. cit., sect. 2, concl. 1, i. f. — ³ De 6° Praec., n. 211, v. f. — ⁴ Lib. 4, cap. 3, n. 65. — ⁵ Tr. 30, n. 150 et 217. — ⁶ De Matrim., lib. 9, disp. 46, n. 14. — ⁷ Loc. cit., n. 22, 23 et 28. — ⁸ Loc. cit., n. 218 et 219. — Laym., lib. 3, sect. 4, n. 14. — Tamburinius, Decal., lib. 7, cap. 8, § 3. — ⁹ Tr. 26, cap. 3, n. 18. — ¹⁰ Decal., lib. 7, cap. 8, § 5, n. 49; et cap. 8, § 2, n. 4. — ¹¹ Loc. cit., n. 12 et 68. — ¹² 2^{am} 2^{ac}, qu. 154, art. 4. — ¹³ Sacram., part. 4, cap. 3, n. 681. — ¹⁴ Loc. cit., n. 50. — ¹⁵ Lib. 3, part. 1, n. 904.

419. — ^a Sanchez, de Matrim., lib. 9, disp. 46, n. 27, loquens de aspectu propriorum verendorum, haec dumtaxat scribit: « Non esse mortale propria verenda inspicere ex quadam curiositate, absque alia mala intentione et periculo ».

^b Salmant., tr. 26, cap. 3, n. 13, non quidem notant esse periculoso, sed: « Aspicere, inquietum, brutorum concubitum... ex se culpa gravis non est, nisi forte aspiciens esset in periculo turpiter se delectandi ». — Croix autem non de concubitus aspectu, sed tantum de genitalium tactu loquitur, et revera scribit, lib. 3, part. 1, n. 903; « Est tamen periculoso, sic tangere genitalia [brutorum], aut facere ut effundant semen ».

^c Tamburinius, Decal., lib. 7, cap. 8, § 2, n. 5; Holzmann, de Praec. decal., n. 711, v. Dicitur 4, concordant quidem, sed non habent limitationem hic a S. Alphonso appositam:

« mortali, propter gravem indecentiam et periculum proximum actus venerei. « Nisi tamen aspectus fiat ex loco tam remoto, et ita obiter, ut haec absint^a. « Sanchez^b, Filiuccius^c, Laymann, etc. ». [Cum Tamburinio et Salmant. ^d].

Notandum I^e. Quoad tactus impudicos, quod eos sola necessitas excusat.

Hinc medici, tangentes aut aspicientes ex necessitate pudenda personae, etiam diversi sexus, non peccant; esto per accidens involuntariam pollutionem patiantur. Tamburinius^f ex communi, et Salmant.^g ex S. Thoma^h; et Sporerⁱ. (Vide dicenda ex n. 481). — Hoc speculative verum est: utinam tamen practice medici in his jugiter non peccarent!

Non excusatur autem a mortali, qui sine tali necessitate tangit alterius pudenda, etiam personae ejusdem sexus: nisi forte fiat per jocum aut ex petulantia vel curiositate; ut, cum Busenbaum (hic, n. 425, ad 7), tenent Tamburinius^j et Croix^k.

At recte Salmant.^l hoc neque practice dicunt admittendum, sed tantum speculative: modo tactus ille fiat leviter et non ex proposito, neque per aliquod notabile temporis spatium.

Quid, si quis tangeret alterius verenda super vestes? — Croix^m cum Sanchezⁿ

Seclusa necessitate, sunt lethales.

Etiam tactus super vestes.

Ancilia
re vestientes
pueros,
quando ex-
cusentur.

Tange-
re genitalia
brutorum,
veniale.

Si usque
ad pollu-
tione-
nem, lethale.

nec etiam excusat a mortali: nisi faciat ex quadam petulantia vel cum levi delectatione non carnali. Et id merito Salmant. ¹ practice etiam damnant de mortali, si ita tangantur pudenda diversi sexus, etiamsi fiat per transennam; quia valde periculoso est. — Croix ² autem probabiliter excusat a mortali ancillas, tangentes pudenda puerorum dum illos vestiunt: nisi cum mora aut carnali delectatione hoc agant.

Notandum II^o. Tangere genitalia brutorum non esse ordinarie nisi veniale; ut dicunt Croix ³, Sanchez ⁴, etc. — Secus probabilius dicendum, si fieret talis tactus usque ad pollutionem; ut dicunt Croix ⁵, Holzmann ⁶, Elbel ⁷, Continuator Tournely ⁸; et Sporer ⁹ cum Bonacina, Salas ¹⁰ et Tamburinio ¹¹ (contra Diana ¹²) ex Sanchez, putantes hoc non esse mortale). Ratio, quia licet hoc fieret tantum levitatis causa, tamen est actio per se vehementissime excitans ad venerem.

¹ Tr. 26, cap. 3, n. 49. — ² Lib. 3, part. 1, n. 902. — ³ Loc. cit., n. 903. — ⁴ De Matrim., lib. 9, disp. 46, n. 15 (edit. Brixien. 1624). — ⁵ De Praec. decal., n. 711, v. Dicitur 4. — ⁶ De 6^o Praec., n. 211. — ⁷ De 6^o Praec., art. 7, sect. 2, concl. 1, i. f. — ⁸ Part. 4, cap. 3, num. 697. — ⁹ Bonac., de

sexus, quem lethale peccatum esse dicit, addens: «Potest tamen hoc temperari, nisi tactus ille pudendorum supra vestes habetur, non intenta delectatione consurgente ex tactu mediato cogitato, sed levi quadam ex tactu immediato». At n. 12 de tactu immediato pudendorum ejusdem sexus, negat esse mortale, «si ex quadam levitate et joco, absque animo turpi, tactus ille haberetur».

¹⁰ Croix, lib. 3, part. 1, n. 903, periculoso id esse affirmit, «quia ordinarie se inget motus aut delectatio venerea».

¹¹ Salas, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 13, disp. 6, sect. 20, n. 148: «Credo, inquit, in hac re communiter esse magnum periculum pollutionis vel inordinati alicujus affectus».

¹² Tamburinius, lib. 7, cap. 8, § 2, n. 5, negat posse de mortali damnari, si id fiat «ob meram curiositatem levitatemque, experientur que se nulla commoveri carnis sua voluntate... At si quis ob voluptatem, etiam illam solam quae ibi sistit, faciat, me vereri ne incedat in mortale».

¹³ Diana a Sporer hic male citatur; nam, part. 2, tr. 17, resol. 37, affert primo opinionem quae affirmat esse mortale; deinde opinionem Sanchezii contrariam, et ipse concludit: «Sed tu ne deseritas primam sententiam».

¹⁴ Filiuccius, tr. 30, n. 219, dicit esse ve-

Notandum III^o cum Busenbaum (hic, n. 425, ad 7) et Salmant. ⁹, quod aspectus: non esse de se mortale, citra periculum consensus venerei, aspicere pudenda personae ejusdem sexus. Nisi aspiciens esset valde propensus ad sodomiam; ut notant Salmant. ¹⁰, cum Sanchez et Filiuccius ¹¹; vel nisi (adderem) pulcher adolescentes aspiceretur nudus.

421. — Sed quaeritur 1^o. *An aspicere pudenda personae diversi sexus vel concubitum humanum, cum voluntaria delectatione visus, sit de se mortale?*

Negant Cajetanus ¹² et Navarrus ¹³, apud Sanchez ¹⁴. Quia, dicunt, delectatio ex visu non est talis sicut ex tactu, quod ad venerem inducat; potest enim quis sistere in delectatione tantum naturali. — Sed, cum Sanchez ¹⁵, et S. Antonino ¹⁶, Gersonio ¹⁷, Lessio, Filiuccius, etc., ac Salmant. ¹⁸, omnino dicendum est esse mortale: nisi visio fieret a loco longinquo, et tempore brevissimo; ut Salmant. ¹⁹ et Ron-

Matrim., qu. 4, punct. 9, n. 15. — Sanchez., loc. cit., n. 15 (edit. Brixien. 1624). — ¹⁵ Tr. 26, cap. 3, n. 13. — ¹⁶ Loc. cit. - Sanchez., de Matrim., lib. 9, disp. 46, n. 26. — ¹⁷ Loc. cit., n. 22. — Less., lib. 4, cap. 3, n. 65. — Fili., tr. 30, n. 215. — ¹⁸ Loc. cit., n. 7, 9 et 12. — ¹⁹ Loc. cit., n. 13.

niale; sed mortale fieri, «quando curiositas transiret in delectationem libidinosam vel periculum illius».

421. — ^{a)} Sanchez, de Matrim., lib. 9, disp. 46, n. 21, loquitur de aspectibus turpibus, qui propter delectationem non venereum habentur, sed propter eam tantum quae ex ipsis captatur; et utique allegat Cajetanum et Navarrum, quasi autores isti negent ejusmodi aspectus esse mortales. At re vera perperam a Sanchez allegantur; nam Cajetanus ll. cc., nempe, v. Delectatio, § Quartum est; v. Impudicitia; et Opuscul. tom. 1, tr. 14, dub. 3, loquitur de aspectu non turpi mulieris pulchrae. — Et ita etiam Navarrus, Man., cap. 16, num. 11 (al. num. 12), v. Dixi item.

^{b)} S. Antoninus, part. 2, tit. 5, cap. 1, § 7, de mortali damnat istiusmodi aspectus, etiamsi sub specie mortificationis haberentur. Multo magis igitur de mortali damnandi sunt, si fiant propter delectationem.

^{c)} Gersonius, Regul. moral., § de Luxuria, n. 99, generaliter loquitur: «Consensus, inquit, in delectationem luxuria circa objectum sibi prohibitum est mortale peccatum, sive sit... in visu... Quamobrem familiaritas magna hominum carnalium, mutuo, praesertim ad nudum, quantumcumque sint ejusdem

Aspectus
turpis per-
sonae ejus-
dem sexus,
de se venia-
lis.

Exceptio
nes.

Item, de
viro aspi-
ciente pul-
crum ade-
scendentem nu-
dum.

Aspectus
turpis di-
versi sexus
cum dele-
ctatione vi-
sus, venialis
juxta quo-
dam.

S. Doctor
omnino di-
citat S. Do-
ctor.

Alii di-
cunt aspe-
ctum tur-
pem indue-
re speciem
objecti.

Contra-
dictio S. Do-
ctor.

Quandoque mortale.

lapsus, et modo aspectus non sit diuturnus (ut supra), de se non est mortale. Ita Navarrus^{a)}, Sanchez^{b)}, Cajetanus^{a)}; et Salmant.^{b)} cum Armilla et aliis. — Dictum est *de se*; nam bene inquit Holzmann^{c)}, id facile mortale esse in aspiciente valde ad venerem proclivi.

424. - Aspicere picturas obscoenas tantum ex curiositate, non est mortale, ut dicit Tamburinius¹: si delectatio turpis et ejus periculum absit. — Sed in praxi virum morose aspicientem pudenda mulieris depictae, difficulter puto excusari a mortali. Quia difficulter se liberare hic poterit a delectatione turpi vel ab ejus probabili periculo; ut Elbel². Nisi aspiceret per brevissimum tempus, et in magna distantia, ut bene ait Roncaglia³.

425. - Quaeritur 3^o. *An liceat mulieri se ornare?*

Respondetur affirmative, si ornat se pro decentia sui status vel juxta morem patriae. Salmant.⁴ Et idem, si hoc faciat, ut viro suo placeat vel ut sponsum reperiat, ut docet S. Thomas⁵. — Mulier autem, quae sine recto fine se ornaret, certe peccaret, et quidem graviter, si hoc faceret ad provocandos viros, ut ipsam concupiscant; leviter vero, si faceret tantum ex levitate aut vanitate. Ita Cajetanus^{a)}, Lessius, Silvester^{a)}, etc. cum Salmant.⁶, ex S. Thoma^{a)}.

Et idem dicendum de muliere se fuco pingente, ut Salmant.⁷ cum S. Thoma⁸,

¹ Decal., lib. 7, cap. 8, § 5, num. 1. — ² De 6^o Praec., num. 195. — ³ Tr. 12, cap. 1, qu. 1, v. *Ad summum*. — ⁴ Tr. 26, cap. 3, n. 16. — ⁵ 2^a 2^{ae}, qu. 169, art. 2. — ⁶ Less., lib. 4, cap. 4, n. 109. — ⁷ Loc. cit., n. 15. — ⁸ Loc. cit.,

Item, de muliere se fuco pingente. Nec pro alia sententia a Salmant. allegatur.

423. - ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 23, n. 19; Cajetanus, v. *Ornatus*, § *Caput quartum*; Armilla, v. *Ornatus*, n. 1, vers. *Quarto*, non loquuntur de aspicientibus, sed de ipsis mulieribus, quae nudum pectus ostendunt; et negant per se esse mortale. Sed ex hac opinione clare sequitur neque esse per se mortale sic nudatum pectus aspicere.

^{b)} Sanchez, *de Matrim.*, lib. 9, disp. 46, n. 25; Salmant., tr. 26, cap. 3, n. 13, concordant utique; sed omittunt limitationem a S. Alphonso apposita: *modo aspectus non sit diuturnus*.

^{c)} Holzmann, *de Praec. decal.*, n. 713, i. f., non solum ait facile esse mortale, sed

qui excusat pariter mulierem, quae fuca ret faciem, ad suam turpitudinem tegendam. — Vide alia dicta *de Scandalo*, Lib. II, n. 55, ubi diximus, quod mulier, juxta consuetudinem loci fuco se pingens, aut aliquantulum ubera detegens, non peccat graviter, per se loquendo, si forte inde in generali alii scandalizentur. — Dubium est, si sciat aliquem in particulari scandalum pati. Vide dicta *eodem Lib. II*, n. 54.

Mulier autem utens veste virili, ex se non peccat graviter; sed non raro erit mortale. — Vide *ibid.*, n. 52, ad 2. *Si femina*.

⁷ Aspectus vero, et subinde etiam « (rarius tamen, propter periculum adjun- « ctum) tactus, ex petulantia vel curiosi- « tate, partium in honestarum alterius cor- « poris, ejusdem tamen sexus, citra affe- « ctum et periculum consensus venerei, « excusari posse a mortali, ut v. gr. quando « simul aliqui natant vel lavant, docet Lay- « mann⁹ ex Sanchez¹⁰, Trullenbach^{b)} ». — [Vide dicta n. 420].

426. - ⁸ Verba turpia, lectio obsco- « norum, spectatio comoediarum turpium, « cantiones in honestae, gestus, litterae et « dona amatoria^{a)}; si tantum fiant ex cu- « riositate vel vano solatio, non sunt mor- « talia. Secus tamen, si fiant, vel animo « in honesto sive venereo, vel cum periculo « ruinae spiritualis sui vel aliorum. — San- « chez¹¹, Filliuccius¹² ».

n. 16. — ⁸ 2^a 2^{ae}, qu. 169, art. 2, ad 2. — ⁹ Lib. 3, sect. 4, n. 10, i. f. — ¹⁰ De Matrim., lib. 9, disp. 46, n. 12 et 26. — ¹¹ De Matrim., lib. 9, disp. 46, a num. 31. — ¹² Tr. 30, n. 206 et seqq., et n. 222.

absolute pronuntiat, respectu ejus qui valde ad venerem proclivis est, talem aspectum admodum periculosum esse, et addit: « Graviterque peccaminosus existit ».

425. - ^{a)} Cajetanus, *in 2am 2ae*, qu. 169, art. 2, ad 5 dub.; Silvester, v. *Ornatus*, qu. 4, sicut et ipse S. Thomas in 2^a 2^{ae}, qu. 169, art. 2, negant esse semper mortale ita se ornare ex levitate aut jactantia.

^{b)} Trullenbach, lib. 6, dub. 12, n. 15, de aspectu quidem concordat; de tactibus vero, etiam si ex joco et obiter habeantur, mortalia esse peccata dicit n. 8, si deliberate habeantur.

426. - ^{a)} Sanchez, *loc. cit.*, non loquitur de donis amatoriis, quae ad aliam quaestionem pertinent.

Quaeritur 1^o. *An si peccatum mortale, verba turpia proferre?* — Quicquid in hoc puncto diverse doctores sentiant,

Dicendum 1^o. De se non esse malum, verba turpia proferre aut audire (idem enim dicitur de proferente, quam de audi ente); sed hoc pendet ex bono vel malo fine, quo verba proferuntur. — Ita Sanchez¹.

Dicendum 2^o. Quod loqui turpia ob vanum solatium sive jocum, de se non est mortale. Ita, cum Busenbaum hic, et S. Antonino², ac Sanchez³ cum Navarro, etc.; Tamburinio⁴. Nisi audientes sint ita debiles spiritu, ut scandalum patientur; ut Sanchez^{b)} cum Navarro^{b)}, etc. Aut, nisi verba sint nimis lasciva; ut addunt Salmant.⁵.

— Hinc notant Salmant.⁶ cum Dicastillo, dicitur turpia quae proferuntur a messoribus, vendematoribus et mulionibus, non esse mortalia; quia ludicre dicuntur et audiuntur. Ita etiam loquitur S. Antoninus⁷, dicens: *Ubi talia verba turpia dicuntur ex quadam levitate, ad solatium, quamvis de se non videantur mortalia...; tamen per accidens posset esse mortale ibi ratione scandali... ut, cum audientes sunt debiles spiritu, et verba essent multum lasciva. Idem videtur dicendum de facientibus vel cantantibus cantilenas plenas lasciviis.*

Sic etiam dicunt, cum Busenbaum, Sanchez^{c)}, Tamburinio⁸ et Sporer⁹, de se esse tantum veniale, legere libros turpes

¹ De Matr., lib. 9, disp. 46, n. 38. — ² Part. 2, tit. 5, cap. 1, § 8. — ³ Loc. cit., n. 34. — ⁴ Navar., Man., cap. 14, n. 42. — ⁵ Decimo octavo. — ⁶ Decal., lib. 7, cap. 8, § 4, n. 1. — ⁷ Tr. 26, cap. 3, n. 19. — ⁸ Loc. cit., n. 20. — ⁹ Dicast., de

ex curiositate, sine turpi delectatione vel ejus proximo periculo. (Sed id sedulo satagent confessari prohibere, quantum valent, juvenibus; qui ex hujusmodi lectinibus, universe magnam animae ruinam hauriunt). — Et idem dicendum de audi ente praedicta verba, ob vanum solatium; ut Sanchez^{d)} cum Cajetano^{d)}. Recte autem advertit S. Antoninus¹⁰, quod audi entis turpia *cum delectatione deliberata* illius turpitudinis, *non videtur posse excusari a mortali*, sicut qui morose delectatur in turpi cogitatione: *nisi forte haec forent inter conjuges e)*.

Dicendum 3^o. cum eodem Sanchez¹¹, esse sine dubio mortale, dicere turpia ob delectationem captam ex cogitatione ipsarum rerum turpium vel cum periculo talis delectationis^f, ut recte addit Tamburinio¹², sive cum periculo gravis scandali, quod frequenter adest, cum talia proferruntur coram juvenibus vel puellis, ut bene advertit Elbel¹³. — Hinc tenent Salmant.¹⁴, non excusari a peccato gravi, qui nominat pudenda aut modum copulandi; maxime coram adolescentibus et mulieribus juvenibus honestis. Nominare autem pudenda sui proprii sexus coram aliis sexus ejusdem, puto, communiter loquendo, non esse grave.

Mortaliter etiam utique peccant, qui ob jactantiam narrant sua turpia peccata. Et tunc peccant non solum peccato scandali, legere libros turpes ex curiositate.

Item, au- dire turpia verba.

Nisi au- diantur cum delectatio ne turpi.

Profer- re turpia, quando sit lethale.

Jactare se de proprio peccato turpi, lethale.

^{b)} Sanchez, *de Matrim.*, lib. 9, disp. 46, n. 35, dicit esse mortale ratione scandali, « cum audientes sunt spiritu debiles, ET verba aut cantica aut gestus sunt valde lasciva ». — Et Navarrus, quem citat Sanchez, dicit cap. 23, n. 123, peccare mortaliter eum, qui ejusmodi verbis aut gestibus lascivis uititur, « credens aut credere debens se vel alium per ea inducum iri in consensum alicuius actus mortalis ».

^{c)} Sanchez, *loc. cit.*, n. 44, veniale esse affirmat libros turpes legere ob solam vanam curiositatem et delectationem; « at si intendatur delectatio venerea, consurgens ex ipsis rebus turpibus apprehensis, esse mortale ».

^{d)} Sanchez, *de Matrim.*, lib. 9, disp. 46, n. 38, turpium auditionem mortalem esse dicit, « cum intenditur delectatio consurgens ex re-

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. I.

Quotuplex
peccatum.

dali propter audientes; sed facillime etiam peccato complacentiae de ipsis peccatis: ut recte dicunt Salmant.¹ cum Dicastillo².

Et ideo in confessione explicare debent speciem peccati de quo se jactarint. — Colloqui autem honeste cum pueris extraneis, de se non est nisi veniale; sed, ratione periculi, maxime in conversatione diurna, potest esse grave: ut diximus n. 422, in fine, cum Salmant.³, Roncaglia⁴.

427. — Quaeres 2^o. *An sit mortale, audiare comoedias turpes?*

Respondetur, quod si comoedia non sit notabiliter turpis, illam audiens non peccat mortaliter, nisi qui expertus sit suam fragilitatem. Ita Sanchez⁵. — Si vero in

comoedia repraesententur res notabiliter turpes vel modo turpi, mortale quidem esset illam spectare ob delectationem con-

surgentem ex ipsis rebus turpibus; veniale autem, ob curiositatem tantum aut ob vanum solatium, secluso periculo consensus in turpem delectationem. Ita Sanchez⁶, et Tamburinius⁷ cum Diana, Rodriguez, Lorca, etc. Quidquid sit (ut ait Tamburinius) de cooperatione (de qua mox agendum), quam quisque afferret, sua pecunia concurrens ad talem repraesentationem.

¹ Tr. 26, cap. 3, n. 21. — ² Loc. cit., n. 22. — ³ Tr. 12, cap. 1, reg. in praxi, n. 1. — ⁴ De Matr., lib. 9, disp. 46, num. 40. — ⁵ Decal., lib. 7, cap. 8, § 5, num. 1. — ⁶ Diana, part. 2, tr. 17, resol. 35. — ⁷ Rodriguez, Sum., tom. 3, cap. 71.

⁸) Dicastillus, *de Just. et Jure*, lib. 1, disp. 3, dub. 17, n. 260: « Saepe... contingit, inquit, graviter peccare illos, qui volunt videri turpibus dediti, et inde aestimari; nam de lethali peccato gloriam querere, lethale videtur ob illius complacentiam. Si tamen non sit complacentia in turpitudinem, sed solum velit quis apud socios haberi hujusmodi rebus deditus, ut aestimetur ingenium, dexteritas, virilitas, experientia, secluso scandalo, non videtur damnandus peccati mortiferi ».

427. — ^a) Sanchez, *de Matr.*, lib. 9, disp. 46, n. 40, hac utitur distinctione: « Quamvis comoediis interesse non sit mortale, ubi nec res turpis repraesentatur, nec modus repraesentandi est turpis; vel si haec concurrent, audiuntur ob solam vanam curiositatem, absque periculo probabili lapsus in aliquod peccatum mortale. At quando turpia repraesentantur, vel modus est turpis, audiunturque ob delectationem ex ipsis turpibus rebus consurgentem..., aut cum probabili ruinae periculo, esse lethale ».

Num autem graviter peccent omnes, qui pecunia vel plausu, ad hujusmodi comoedias notabiliter turpes concurrunt, etiamsi sine ipsis comoedia repraesentaretur?

Negant Turrianus^b, Bardi^c et Baldellus, apud Croix^d. Et huic opinioni olim adhaesi. — Sed melius nunc censeo affirmandum cum eodem Croix et Holzmann^e. Ratio, quia isti, etsi materialiter, tamen positive cooperantur ad actionem graviter peccaminosam; quae cooperatio non est licita, nisi fiat ex gravi causa necessitatis vel utilitatis. — Et idem recte dicit Holzmann de iis, qui ex officio impedire tenentur, vel etiam qui alias impedit commode possunt.

Non damnarem vero de mortali simplices spectatores (praeciso periculo turpis delectationis, ut supra), sine quibus comoedia etiam fieret. Isti enim, neque essent causa illius turpis repraesentationis, quia non positive ad illam influerent; neque occasio, quia (ut supponitur) etiam sine ipsis comoedia ageretur. — Excipe clericos et religiosos, qui non possunt ibi interesse sine gravi laicorum scandalo. Sic enim recte docet Benedictus XIV^f. Et excipe etiam laicos, sine quibus comoedia non fieret.

n. 1. - *Lorca*, in 1^o 2^o, de Peccatis, disp. 28, membr. 3, v. *Ex dictis*. — *Tambur.*, loc. cit., n. 1. — *Baldel.*, tom. 1, lib. 3, disp. 18, num. 11. — ^g Lib. 2, num. 239. — *Croix*, loc. cit.

^b) Turrianus a Croix citatur ex Florentino Hieronymo, in sua *Comoedio-crisi*; hic autem Turrianum citat ex Diana, part. 5, tr. 13, resol. 81; atvero loco a Diana citato. Turrianus nihil de hoc habet, neque alibi, quidquid investigare potuerim.

^c) Bardi, *Select.*, lib. 9, qu. 2, sect. 15, n. 5, sane hoc admittit speculative, sed subdit (quod non animadvertis Croix): « Practice tamen res est valde periculosa, quoniam multitudo confluentia esse potest motivum excitans histriones, vel ad diu perseverandum in eodem loco ob majus lucrum quod reportant, vel recentes ad iterum recedendum in eundem locum, in quo experti sunt placere recitationes istas et ipsos lucrari ».

^d) Holzmann, *de Virtut. theol.*, n. 242, ita quidem docet, sed non adducit ampliationem: *etiamsi sine eis repraesentaretur*; et absolute dicit mortaliter peccare cooperatores, ut « spectatores, propter solutionem mercedis, editionem plausus, risus, etc. ».

^e) Benedictus XIV, *de Synodo*, lib. 11,

Adolescens,
qui sine ne-
cessitate in-
terest, gra-
viter pec-
cat.

Limitatio.

Coopera-
ti material-
liter pecu-
nia, plausu,
comoediae
valde turpi,
lethalie.

Repre-
sentare aut
scribere co-
moediam
valde tur-
pem, letha-
le.

Lucrum
non excu-
sat.

Doctrina
D. Thomae.

Excipi-
tur simplex
spectator,

nisi sit cle-
ricus vel re-
ligiosus, aut
laicus sine
quo non fie-
ret.

Nullo autem modo a mortali excusa-
rem adolescentem, qui absque necessitate
vellet curiositatis causa hujusmodi comoediis
interesse. Nisi quis esset valde timo-
ratus; et insuper plures sit expertus, il-
las spectando nunquam lethaliter pec-
casce: modo suo exemplo aliis adolescentibus
occasione non praebet hujusmodi turpibus
repaesentationibus assistendi.

428. — Certum est autem, repaesen-
tantes seu componentes has comoedias
notabiliter turpes, nullo modo excusari
posse a peccato gravi: ob scandalum alio-
rum, quamvis non intentum. Sanchez¹
cum S. Antonino, Silvestro, etc. — Nec
lucrum, quamvis magnum, eos excusare
potest; ut recte notat Tamburinius².

Nota autem hic quod docet D. Thomas³, nempe: *Ad omnia autem quae sunt utilia conversationi humanae, deputari possunt aliqua officia licita. Et ideo etiam officium histrionum, quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum, non est secundum se illicitum. Nec sunt in statu peccati: dummodo moderate ludo utantur; id est, non utendo... illicitis verbis vel factis (id est turpibus, vel quae vergunt in proximi nocumentum, ut explicat in corp.) ad ludum, et non adhibendo ludum negotiis et temporibus indebitis.... Unde illi qui moderate eis subveniunt, non peccant... Si qui autem... sustentant illos histriones, qui illicitis ludis utuntur, peccant, quasi eos in peccato foventes.* Idem docet D. Antoninus⁴, ubi, expli-
cando verba illa D. Thomae *illicitis ver-*

¹ De Matr., lib. 9, disp. 46, num. 41. — ² S. Anton., part. 2, tit. 8, cap. 7, § 5. — ³ Silvest., v. *Ludus*, qu. 3. — ⁴ 2^o, qu. 168, art. 3, ad 3. — ⁵ Part. 2, tit. 1, cap. 23, § 14. — ⁶ Sum., v. *Chorea*. — ⁷ Tr. 20, n. 223. — ⁸ Part. 2, tit. 6, cap. 6. — ⁹ Tr. 26, cap. 3, num. 17 et 18. — ¹⁰ Asor, part. 3, lib. 3, cap. 26. — ¹¹ Fill., loc. cit. — *Bonac.*, de Ma-

cap. 10, n. 12, id in clericis damnat, non quidem propter laicorum scandalum, sed ratione periculi proprii.

428. — ^a) Tamburinius, *Decal.*, lib. 5, cap. 1, § 4, n. 28, negat quidem lucrum regulariter excusare; si tamen « tanta esset... necessitas, ut eo lucro indigeret ad victimum vel quid simile, non recusarem, inquit, semel aut iterum licere (sed sine periculo morali suea impurae delectationis, quod cavere maxime in histrione turpium, proh! quam difficile est), donec alia vivendi ratio diligenter conquirent non ape-
ritur ».

bis aut factis, dicit: *Si... cum verbis tur-
pibus vel actibus turpia representa-
tibus..., tunc est illicitum et mortale.* — Vide
alia dicta de Scandalo, Lib. II, n. 56.

429. — « 9^o. Chorea, nisi malo fine fiant,
aut cum periculo aliquos aut seipsum

per se lici-
tae.

Chorea, ut docet S. Antoninus⁶, per
se licitae sunt: modo fiant a personis sae-
cularibus, cum personis honestis et hone-
sto modo, scilicet non gesticulationibus
inhonestis. Idem dicunt Salmant.⁷ cum
Azor, Cajetano⁸, Filiuccio, Bonacina, etc.
— In choreis autem leviter apprehendere
manum feminae, vel non erit culpa, vel
ad summum venialis: ut notat Cajeta-
nus⁹; et consentit probabiliter Sporer¹⁰.
— Vetus autem fuit clericis a Tridenti-
no¹¹, choreis illicitis assistere, saltem il-
las ducere. Salmant.¹².

« 10^o. Exhibentes comoedias turpes,
item facientes libros aut picturas inci-
tantes ad libidinem, peccant mortaliter:
quia sunt ruina proximi; cum moraliter
certum sit, multos inde ad peccatum
incitandos¹². Filiuccius¹³. — Similiter
magistratus, qui permitunt exhiberi tur-
pes comoedias, peccare mortaliter docet
Hurtadus; et concedit Baldellus, si au-
ctoritatem illis praestent, approbent vel

Exhiben-
tes comoe-
dias turpes.

¹² De Matr., lib. 9, disp. 46, num. 41. — ¹³ Sacram., part. 4, cap. 3, n. 694. — ¹⁴ Sess. 24, de Reform., cap. 12, v. *Ven-
titu*. — ¹⁵ Tract. 26, cap. 3, num. 17 et 18. — ¹⁶ Tr. 30, num. 210 et 211. — *Petr. Hurtad.*, de *Virtut. theol.*, disp. 178, sect. 28, § 377. — *Baldel.*, tom. 1, lib. 3, disp. 18, n. 12 et 13.

429. — ^a) Cajetanus, *Sum.*, v. *Chorea*, ne-
get per se peccatum esse choreas ducere; per
accidens tamen ex periculo aut prava inten-
tione, posse fieri mortale.

^b) Cajetanus, v. *Chorea*, v. f., ait: « Dum
aliquis intorquet digitos mulieris, cum qua
choream duxit, non plus quam veniale pec-
catum incurritur ».

^c) S. Alphonsus, in *Hom. apost.*, tr. 9, n. 8,
mortaliter peccare existimat eos qui pingunt
vel exponunt turpes imagines: « Et idem puto
(addit) dicendum de iis qui eas domi retinent
expositas omnium aspectui ».

Magistra-
tus permit-
tentis exhibi-
peri.

« foveant: addit tamen, posse aliquando « excusari, si ad majus malum impediens dum, non puniant, et tantum tolerent. « Vide Diana¹.

Persona soluta, admittens tactus pudicos, quando excusetur.

430. - « 11°. Persona soluta permittens se tangi ab alia, tactu, qui vulgo censemur: tur pudicus, ut prehensio, contrectatio manus, amplexus et oscula, juxta modum patriae, non peccat: nisi ei constet fieri pravo affectu; huic enim cooperari non licet. — Docet tamen Fillius etiam tunc admitti posse, ne tangentem infamiae ingerat; vel ne aliis scandalizentur. Ita Continuator Tournely² cum Silvio; et Salmant.³ cum Sà, Azor, Cajetano⁴, Bonacina. — Tenetur tamen resistere, si tactus fiant clam, et certum sit malitiose fieri Salmant.⁵, Tamburinius⁶, Croix⁷.

Admittens tactus impudicos, peccat. Quando tenetur.

« Admittens autem tactus impudicos (ut mamillarum et obscoenarum partium), vel oscula furtiva », [Ut dicunt etiam Salmant.⁷] « et morosa, vel indecentia, peccat: quia presumitur affectus malus. — Vide Filliu⁸; et infra, Lib. 5, cap. 1, dub. 2 ».

Utrum autem mulier vi oppressa, ad vitandos impudicos tactus alterius, teneatur etiam clamare, si oporteat?

Affirmant Salmant.⁹ cum Cajetano, ex communi, ut asserunt¹⁰. Et probant ex Deut. xxii, 24, ubi damnatur ad mortem puella, quia non clamavit, cum esset in civitate.

Sed valde probabiliter dicunt Navarrus, alios debet clamare ad vitandos tactus impudicos.

¹ Part. 5, tr. 18, resol. 82. — ² Fill., tr. 30, n. 196 et 198. — ³ De 6^o Praec., art. 7, sect. 1, post concl. 1, v. Resp. ad 2. — ⁴ Sivius, in 2^o 2^o, qu. 154, art. 4, concl. 1. — ⁵ Tr. 26, cap. 3, n. 62. — ⁶ Sà, v. Luxuria, n. 15 (edit. genuina), n. 14 (edit. corr.). — ⁷ Azor, part. 8, cap. 25, qu. 4. — ⁸ Bonac., de Matrim., qu. 4, punct. 9, n. 10. — ⁹ Loc. cit., num. 62. — ¹⁰ Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 25. — ¹¹ Lib. 2, n. 249. — ¹² Loc. cit., n. 63. — ¹³ Tr. 30, n. 196 et seqq. — ¹⁴ Loc. cit.

430. - a) Cajetanus, in 2^o 2^o, qu. 154, art. 4, v. f., brevius loquitur, et negat mulierem teneri repellere « coram aliis ».

b) In Istruzione e pratica, cap. 9, n. 6, querit S. Doctor utrum puella oppressa teneatur clamare, si oporteat ad se liberandam a turpitudine; et de sententia affirmativa scribit: « Et haec quidem sententia ut tutione consulenda est (licet opposita non sit prorsus dammandata, maxime si non adsit proximum periculum consensus). Cfr. Hom. apost., tr. 9, n. 6.

rus¹⁰, Sotus¹¹, et Bonacina¹² cum Reginaldo, non teneri mulierem ad clamandum cum periculo notabilis damni, sive infamiae, vel nimiae verecundiae; quia tunc, si aliter jam resistat quantum potest, non tenetur cum tanto suo incommodo vim repellere. Excipe, si adsit periculum proximum consentiendi. — Nec obstat textus Deuteronomii supra relatus. Nam preeceptum illud erat preeceptum judiciale, pertinens quidem ad judicium externum: in quo damnari preecipiebatur puella quae violata fuisset, et non clamassem¹³ cum esset in civitate; quia preesumebatur ipsa (ut commentat Cornelius a Lapide) stupro consensisse, et ideo non clamasse. Et idem sentiunt Menochius, et Gordon¹⁴ cum Philone¹⁵, apud Calmet¹⁶. Praeterea nemo dubitat, omnia preecepta judicialia Veteris Legis jam omnino cessasse per preecepta judicialia perfectiora Legis Evangelicae; ut probat doctus Frassen¹⁷.

Non negandum tamen, quod si mulier sit in periculo proximo consentiendi in copulam, ob experientiam anteactam, vel ob sui cognitam fragilitatem, teneatur utique clamare, ad se liberandam ab illo congressu.

An autem mulier oppressa teneatur potius pati mortem, vi repellendo invasorem suea pudicitiae, quam permittere copulam? Duplex est sententia, ut diximus n. 368. — At negativa, quam tenent Sotus¹⁸, Navarrus¹⁹, Toletus²⁰, et alii potius speculative quam practice est probabilis.

n. 68. - Cajetan., in 2^o 2^o, qu. 154, art. 4, v. f. — ¹⁰ Man., cap. 16, num. 1. — ¹¹ De Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 5, v. Ad tertium. — ¹² Disp. 8, de 6^o Praec., qu. unic., n. 10. — ¹³ Regin., lib. 22, num. 4. — ¹⁴ Corn. a Lapide, in Deuter., cap. xxi, vers. 25. — ¹⁵ Menoch., in Deuter., cap. 22, vers. 24. — ¹⁶ In Deuter., cap. xxii, vers. 25. — ¹⁷ Scriptor academicus, tom. 6, de Legibus, disp. 3, art. 2, qu. 4, concl. 1.

c) Gordon, in citat. loc. Deuteron., id insinuat a contrario, dicens illam in agro reperitam, censeri « ex solididine loci non consenseris ».

d) Philo, de Specialib. legib. quae referuntur ad VI et VII Decal. cap., haec expressis verbis non dicit; forte tamen eadem significat.

e) Sotus, Navarrus et Toletus, locis adductis n. 368, dicunt satis esse, si mulier illa negative se habeat.

Non tene-
tur, ubi est
periculum
damni vel
infamiae.

Responde-
tur rationi
contrariae.

Tenetur,
ubi est peri-
culum pro-
ximum con-
sentendi.

431. - « Quaeres: an, et quatenus li- « ceant tactus, aspectus, etc., inter conju- « ges vel sponsos? »

« Resp. 1°. Conjugibus licent, si refe- « rantur ad copulam: ad hanc enim liceat « se excitare. — Alio autem fine, v. gr. « voluntatis causa si fiant, sunt peccata « venialia: quia matrimonium eos cohore- « nest, ac defectus debiti finis non est « mortal; nisi tamen habeantur cum pe-

« riculo pollutionis: quae, cum iis sit illi- « citate, eo casu erunt mortalia, regulariter « saltem. Sanchez¹, Filliu² et alii ».

— [Vide Lib. VI, n. 932 ad 936].

« Resp. 2°. Sponsis tactus impudici non « licent. Pudici vero in partibus honestis « licent, si ex iis tantum intendant dele- « ctationem sensitivam; secus, si vene- « ream. Sanchez³, etc., Bonacina⁴, etc. ».

— [Sed vide dicenda Lib. VI, n. 854].

Inter spon-
sos de futu-
ro.

DUBIUM II.

Quae sint species Luxuriae consummatae naturales.

432. An fornicatio sit vetita de jure naturae. — 433. An peccet mulier non resistens turpi congressui, ob metum mortis, si non consentiat. — 434. An permitti possint meretrices. — 435. Circa concubinatum, queritur 1. An possit absolviri, qui nequit ejicere concubinam sine infamia. — 436. Qu. 2. An absolviri possit promittens concubinam ejicere. — 437. Qu. 3. An possit absolviri concubina, ob necessitatem non discedens. — 438. Qu. 4. An, qui est in proxima occasione, causa exercendae artis. Quid vero, si is adhibitis remediis, semper eodem modo recidit. — 439. Qu. 5. An famula, peccans cum domino. — 440. Qu. 6. An uxori, peccans cum viro. — 441. Qu. 7. An tollenda occasio, etiam cum gravi damno. — 442. Quae sint poenae pro concubinatu, praesertim pro clericis. — 443. An stuprum sit speciale peccatum. — 444. Ad quid teneatur raptor. — 445. Quid de adulterio. — 446. An sit adulterium, copula sodomitica inter conjuges. — 447. An copula habita inter despontos. — 448. Circa incestum, queritur 1. An omnes incestus sint ejusdem speciei. — 449. Qu. 2. An differant incestus cum affinis. — 450. Qu. 3. An incestus cum cognatis spiritualibus. — 451. Qu. 4. An sit speciale peccatum, copula confessarii cum poenitente. Quid, si sit ejus parochus. — 452. Qu. 5. An committant incestum propinquui, copulantes post dispensationem. — 453. An soli tactus incestum constituant. — 454. Quomodo committantur sacrilegium per peccatum turpe. — 455. Circa sacrilegium personale, quer. 1. An sacerdos simul religiosus, laedens castitatem, committat duo sacrilegia. — 456. Qu. 2. An copulans cum alia persona sacra. — 457. Qu. 3. An committat sacrilegium habens votum castitatis, si inducat alterum ad turpia. Quid, si morose delectetur de peccato alterius. — 458. Circa sacrilegium locale, quer. 1. An sit sacrilegium copula occulta vel maritalis in ecclesia. — 459. An sint sacrilegia tactus impudici habitu in ecclesia. — 460. Quae comprehendantur per locum sacrum. — 461. Qu. 3. An verba et aspectus lascivi habitu in ecclesia sint sacrilegia. — 462. Qu. 4. An, cogitationes turpes. — 463. Circa sacrilegium reale, queritur quando committatur.

Luxuria
consummata
naturales.

432. - « Resp. Eae dicuntur, in quibus fit commixtio eo modo quo natura in-stituit: v. gr. quando servantur sexus diversus, species eadem, vas et modus naturalis, etc.; ut vide in principio hujus Capitis.

« Unde resolvitur, tales esse has se-quentes, quae ideo in confessione sunt exprimendae:

¹ De Matrim., lib. 9, disp. 44, n. 8 et seqq., et ibidem, disp. 45, num. 83 et seqq. — ² Tr. 10, de Sacr. Matrim., n. 47 et seqq.

« I°. Est FORNICATION. — Quae est con- « cubitus soluti cum soluta (hoc est quae sit libera a voto, matrimonio, religione) « ex mutuo consensu.

« Ad hanc reducitur 1°. CONCUBINATUS, « qui est fornicatio continuata. Unde con- « cubinarius (sicut et meretrix) ordinarie « non debet absolviri, nisi dimissa concu- « bina, aut muliere suspecta, cuius reten-

Fornicatio.

Concubi-
natus.

431. - a) Bonacina, de Matrim., qu. 4, punct. 9, n. 6, hanc opinionem de tactibus

inter sponsos de futuro, probabilem utique existimat; sed oppositam, probabiliorem.

« tio scandalum daret, licet cum ea non peccaret. Sanchez^{a)}, Navarrus¹, Filliucci². — 2^o. Congressus cum alterius sponsa; quae est fornicatio intra eamdem speciem gravior, et in confessione aperienda; saltem respectu sponsae: ut docet Rodriguez³, Sanchez⁴, Fagundez⁵, Filliuccius⁶, contra Covarruvias, Vivaldum, Ledesma^{b)}, Azor^{b)}, quorum sententiam (etiam respectu sponsae) probabilem, et in praxi tutam censem Diana⁷.

Attende hic prop. 25 damnatam ab Alexandro VII, quae dicebat: *Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessio- nis paecepto, dicens: Commissi cum soluta grave peccatum contra castitatem; non explicando copulam.*

Deinceps notandum, procul dubio fornicationem vetitam esse de jure naturae: cum natura ordinet copulam tantum ad matrimonium, quo non solum proles generari, sed etiam bene educari possit. Ideo fornicatio semper est intrinsece mala; licet aliquando per accidens a fornicario proles bene educaretur. Ratio: tum quia in hoc, ob magnum periculum hallucinationis, causa nimiae delectationis, facillime errari potest; tum quia natura considerat, quae communiter, non quae per accidens eveniunt; tum quia de se est contra ius

¹ Man., cap. 3, num. 19. — ² Tr. 30, cap. 2, num. 56. — ³ Sum., part. 1, cap. 53, num. 3. — ⁴ De Matrim., lib. 1, disp. 2, n. 6. — ⁵ De 2^o Praec. Eccl., lib. 4, cap. 3, n. 19 et seqq. — ⁶ Loc. cit., num. 53. — ⁷ Covar., de Sponsalib., part. 1, cap. 1, num. 18. — Vivald., Candelab. aur., de Sponsalib., cap. 1, n. 10. — ⁸ Part. 1, tr. 7, resol. 5, 1, f. — ⁹ Tr. 12, cap. 2, qu. 2. — ¹⁰ De Just. et Jure, disp. 10, n. 197

432. — a) Sanchez, *Decal.*, lib. 1, cap. 8, de praesenti casu disertis verbis non loquitur, et generaliter dumtaxat asserit opus de se veniale vel indifferens, fieri mortale, si operans occasioni ita proximae exponatur, ut eum in morali ac proximo mortaliss peccati periculo constituat, nisi tamen cautio adhibeatur, ita ut ccesset periculum; vel nisi causa gravis ponendi se illi periculo urgeat.

b) Petrus Ledesma, *de Matrim.*, qu. 43, art. 1, *dub. ult.*, probabile quidem putat quod non sit explicanda in confessione haec circumstantia; oppositum tamen appellat longe probabilius. — Azor pariter, *part. 3, lib. 3, cap. 4, qu. 6*, afferit sententiam quae negat adesse obligationem explicandi eam circumstantiam, et addit: « Licit alii... oppositum senserint satis probabilius ».

naturae, carni rationem subjecere, ut accedit in fornicatione ob delectationem actus. In matrimonio autem, esto eadem delectatio interveniat, Deus tamen speciali providentia disponit, ut talis deordinatio absit. — Vide Roncaglia⁸.

433. — Quaeritur hic 1^o. *An pecchet graviter mulier, non resistens turpi congressui alterius ob metum mortis, quamvis non consentiat?*

Alii omnino affirmant; quia talis immobilitas esset quaedam cooperatio voluntaria: cum possit se agitando congressum aliquo modo impedire. Ita Lugo⁹; Roncaglia¹⁰ cum Filliuccio^{a)}, Azor: quos, saltem in praxi, puto sequendos. — Alii vero negant. Vide dicta n. 368.

434. — Quaeritur 2^o. *An permitti possint meretrices?*

Prima sententia probabilis affirmat: eamque tenent Salmant.^{a)} cum S. Thoma, Covarruvias, Trullench, Ledesma, etc.; huic clare adhaeret S. Augustinus¹¹. — Ratio, quia demptis meretricibus, pejora peccata evenirent, nempe sodomiae, bestialitatis, molitierum; praeter praevaricationem mulierum honestarum. Ideo S. Augustinus¹² ait: *Ausfer meretrices de rebus humanis: turbaveris omnia libidinibus.*

Verum secunda sententia, practice probabilitior, negat; et hanc tenent Roncaglia^{b)},

et 198. — ¹⁰ Loc. cit., qu. 3. — ¹¹ Azor, part. 1, lib. 1, cap. 9, qu. 3. — S. Thom., 2^o 2^o, qu. 10, art. 11; et opusc. 20, de Regim. princ., lib. 4, cap. 14, post med. — Covar., de Sponsalib., part. 1, cap. 4, n. 10. — Trull., lib. 6, dub. 11, n. 2. — Petr. Ledesm., Sum., part. 2, tr. 27, cap. 9, concl. 6, dub. 1. — ¹¹ De Ordine, lib. 2, cap. 4, num. 12; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 32, col. 1000. — ¹² Loc. cit.

433. — a) Filliuccius, *tr. 21, n. 67*, utique affirmit mulierem istam peccare, nisi tamen majus aliud malum, etc. timeatur.

434. — a) Salmant., *tr. 26, cap. 2, n. 84* et seqq., non universaliter hanc licentiam concedunt; sed solum ubi necessarium foret in aliqua civitate ad majora damna vitanda; si vero non esset omnino necessarium, negant posse permitti crita mortale peccatum.

b) Roncaglia, *tr. 12, cap. 2, qu. 6*, ita loquitur: « Adhaererem illi opinioni quae affirmit non expedire permettere meretrices... Non tamen per hoc intelligo culpe damnare illos principes, qui eas permittunt ex fundamentis contrariae opinionis... Optarem solummodo ad examen revocari, an in praxi contrariae rationes adeo efficaces sint, sicuti tales speculative apparent ».

Mulie-
non conser-
tiens, sed
non resi-
stens ob me-
tum mortis.

Meretri-
ces proba-
bili per-
mitti pos-
sunt.

Probabi-
lius practi-
ce nequeunt
permitti.

Concubi-
natus quid.

Navarrus^{c)}; cum Cornelio, Gutierrez^{c)} et alii, apud Salmant.¹ — Ratio quia per meretrices haec mala graviora non evitantur: eo quod in hominibus luxuriosis, ex facilis et frequenter cum meretricibus congressu, libido altiores figit radices. Et ideo, cum hoc vitium frequentia magis augeatur, ipsi non desinunt committere pollutiones et peccata nefanda, saltem cum ipsis meretricibus; nec ideo se abstinent a sollicitandis feminis honestis. — E converso, permissione meretricum, innumeris alia mala superaddunt: nempe plures puellae prostituantur, adolescentes parentes parvipendunt, bona dissipant, studia scientiarum negligunt, rixas excitant, honestas nuptias respunt.

Caeterum, bene advertit et probat Pater Sarnelli (in suo opusculo de Abusu meretrici²), quod, licet in vastis urbibus meretrices permitti possint, nullo tamen modo in aliis locis permittendae sunt.

435. — CONCUBINATUS autem proprius est concubitus soluti cum soluta (improprius vero, cum uxorata vel uxorato): dummodo habeantur invicem uxorio modo, sive in unam domo, sive in alia; ut constat ex stylo curiae Romanae, et ex concilio Tridentino³.

Nota hic ante omnia propos. 41 proscriptam ab Alexandro VII, quae dicebat: *Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si haec nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgo regalo; dum, deficiente illa, nimis aegre ageret vitam, et aliae epulæ taedio magno concubinarium afficerent, et alia famula nimis difficile inveniretur.* — Item nota alias tres prop. damnatas ab Innocen-

Cornel. a Lapide, in Eccl., cap. xix, v. 3. — ¹ Tr. 26, cap. 2, n. 83. — ² Aggiunta, § 2, v. f. (al. § 2, n. 7). — ³ Sess. 24,

raliter loquendo, nostra resolutio semper est ut certa tenenda».

436. — a) Diana, part. 5, tr. 14, resol. 107, id quidem posse fieri concedit; sed addit: « Raro tamen illam concedere debet, sed potius cogere poenitentem, ut a se peccati periculum expellat, et sic liberum velit absolvi». — Idemque plane docet Palaus, *tr. 2, disp. 2, punct. 9, § 3, n. 18*.

b) Joannes Sanchez, in *Select.*, disp. 10, n. 4, laxam omnino tenet doctrinam, dicens posse absolviri istiusmodi concubinarium, « etsi

tio XI: 61. *Potest aliquando absolviri, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest et non vult omittere, quin immo directe et ex proposito quaerit aut ei se ingredit.* 62. *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis aut honesta non fugienda occurrit.* 63. *Licetum est quaerere directe occasionem proximam peccandi, pro bono spirituali vel temporali nostro vel proximi.*

Hinc quaeritur 1^o. *An aliquando possit absolviri concubinarius, qui concubinam ejicere e domo non posset sine scandalo aut infamia?*

Communiter loquendo non est absolvendus; ut, cum Busenbaum, dicunt Salmant.⁴ — Ratio, quia in diuturno concubinatu est moraliter impossibile, rem aliis non fieri notam.

Non negant tamen Salmant.^{a)}, in aliquo casu rarissimo posse absolviri; puta (ut ait Sporer⁵ cum Gobat), si aliter non possit vitari grave damnum famae vel fortunam; juxta dicenda *de Poenit.*, n. 455, v. *Sed hic*. Sed eo casu dico omnino expedire, quod saltem differatur absolutio, donec experimento probetur continentia poenitentis. Nisi casus esset, quod poenitens (satis alias dispositus, ut supponitur) non amplius redire posset ad se confitendum; vel si immineret necessitas communicandi, ad vitandam positivam infamiam.

436. — Quaeritur 2^o. *An, extra praedictum rarissimum casum infamiae aut scandali, possit absolviri concubinarius, antequam concubinam dimittat; si sedulo eam dimittere promittat?*

Alli concedunt pro prima vel secunda vice, ut Diana^{a)}, Sanchez^{b)}, Mega-

Non ejici-
cians concu-
binam ob
scandalum,
etc. non est
absolvendus.

In casu ra-
rissimo pos-
set absolviri.

Sed expe-
dit ut diffe-
ratur abso-
lutio.

Limitatio.

Variae opinione de promittente ejecione concubinae.

Concubinarius publicus absolvitur nequit, etsi promittat.

Occultus absolvitur potest.

lius^{c)} et Frater Antonius a Spiritu S., apud Salmant.¹ — Alii omnino negant etiam pro prima vice, quando occasio est proxima. Ita Navarrus, Palaus^{a)}, Azor^{d)}, Toletus, Filiuccius, etc., cum Diana^{e)}, se revocante, apud Salmant.²

Alii denique, ut Salmant.³ cum Trullench, Silvestro, Rodriguez, Lopez, distinguunt sic: — Si concubinarius est *publice notus*, minime est absolvens, etiamsi det signa magni doloris: nisi concubinam dimittat, aut nisi postquam (concubina extra domum degente) per aliquod tempus notabile ad eam non accesserit. Ratio: tum quia scandalum pareret videre eum, qui adhuc domi concubinam retinet vel ejus domum frequentat, ad Eucharistiam accedere; tum quia publicus peccator non debet absolviri, nisi etiam publice poenitentia et scando satisficiat. (Vide dicenda Lib. VI, n. 512, v. *Pro peccato*). — Si vero concubinarius est *occultus*, nec etiam absolviri potest. Nisi in aliquo casu raro:

Anton. a Spir. S., Director. confessar., de Poenit., tr. 5, disp. 8, n. 140. — ¹ *Tr. 26, cap. 2, num. 28.* — *Navar.*, Man., cap. 16, n. 20. — *Tolet.*, lib. 5, cap. 10, n. 4. — *Fili.*, tr. 30, n. 56. — ² *Loc. cit.*, n. 31. — ³ *Loc. cit.*, n. 32. — *Trull.*, lib. 6, dub. 9, n. 15. — *Silvest.*, v. *Concubinarius*,

puta, si vir nobilis doleat profusis lacrimis; vel post terribilem concionem auditam; vel si confiteatur territus a morte socii, vel a magno periculo mortis evasus. Ita Lugo^{f)}, Salmant.⁵ cum Palao^{g)}, Laymann^{h)}, Dicastilloⁱ⁾, Trullench, etc. Hoc tamen tantum admittendum puto, quando sit moraliter impossibile, quod concubina ante absolutionem brevi dimitti possit; vel quando urgeat necessitas comunicandi, ob vitandam magnam infamiam (juxta mox dicta n. 435, in fine). Nam alias semper absolutio est differenda; quia experientia nimis constat, quod, obtenta absolutione, difficulter occasio postea aufertur, et sic facillime redditur ad vomitum. Vide dicenda. Lib. VI, n. 456.

437. — Quaeritur 3°. *An concubina, quae a concubinario sustentatur, possit absolviri, antequam a domo illius discedat?*

Recte negant Salmant.⁵ — Exciptunt tamen^{b)}: 1°. Si ex discessu ei grave eveniret damnum, puta infamiae, vel aliorum

qu. 1, § Secundo. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 202, n. 7. — *Ludov. Lopez*, Instructor. consc., part. 1, cap. 20, propos. 16 et 17. — ⁴ *De Sacram. Poenit.*, disp. 14, n. 151. — *Trull.*, loc. cit., n. 15. — ⁵ *Tr. 26, cap. 2, num. 43.* — ⁶ *Loc. cit.*, num. 44.

Concubina sustentata, quando possit absolviri.

ter aut quater confessus, in promissione elongandae concubinae defecisset».

c) Megalius a Salmanticensibus citatur solum pro eo quod in *Promptuar.*, v. *Concubina*, n. 6 scribit, nempe: Quod si secreto sint concubinarii, ita ut absque scando possint simul commorari, absolviri possunt, si prudenter confessarii arbitrio, nullum adsit recidivi periculum: quod tamen rarissime contingit.

d) Azor, etsi a Salmant. citetur, non tamen videtur hunc casum attingere; nam *part. 3, lib. 3, cap. 6, qu. 2*, de publico concubinario loquitur, quem negat absolviri posse, quia «abstinere debemus non solum a periculo et occasione peccandi, sed ab omni scando et specie mali».

e) Diana ita sane a Salmant. allegatur; verum ipse aliud non habet quam quod superius notatum est; verba autem quae Salmant. ab ipso, ut putant, mutuati sunt, et ex quibus colligunt Dianam se retractasse, non sunt Diana, sed Palai.

f) Salmant., loc. cit., n. 33 et 34, concedunt eo casu absolviri posse *prima vice*.

g) Palaus male hic adducitur a Salmant.; non enim aliud habet quam quod antea notatum fuit.

h) Laymann pariter videtur male citari a Salmant.; etenim, lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 11,

scribit: «Licit consentiant DD.... ordinarie absolutionem dandam non esse concubinario etiam occulto, nisi promittat se concubinam quam primum a se amandaturum, propter maximum quod ex cohabitatione oritur peccandi periculum; nihilominus in certo casu circumstantiae concurrere possunt, ob quas prudentia confessarius aliud decernet».

i) Dicastillus, *de Poenit.*, disp. 6, dub. 19, n. 335 et seqq., casum proponit de concubinario, qui potest dimittere concubinam, et ad confessionem accedit cum extraordinario dolore et proposito (n. 335), et quaerit utrum possit absolviri, «absque eo quod proponat vel promittat statim illam dimittere». Cui quae- sito respondet magna prudentia opus esse; et subdit: «Ego sane vix crederem alicui quantumvis affirmanti firmissimum propositum et magnum dolorem, si simul cum pos- sit..., nolit a tanto periculo se liberare, nec dignus est cui credatur». Si vero (n. 337) magna difficultates obstant quominus expellat concubinam, etsi non tantae, quae si constet de periculo, superari non possint, accedit tamen cum firmissimo proposito vitandi peccatum et media adhibendi; tunc (num. 338), absolviri potest, quando haec media et tale propositum et dolor nunquam antea praeesserunt.

Regulariter differatur absolu-
tio.

Qui est
in occasione ar-
tis licitae,
quando ab-
solvendus.

scandalum. 2°. Si femina nequiret manuum labore se alere, aut in alia domo deseruire, aut mendicare sine dedecore aut alio gravi incommodo. Emendare autem, illi quae non est ad id assueta, semper magnum incommodum afferre videtur; ut ait Hurtadus^{a)}.

Sed, in his casibus, regulariter semper etiam est differenda absolutio.

438. — Quaeritur 4°. *An possit absolviri, qui, causa artis licitae exercendae, est in proxima occasione peccandi?*

Probabiliter respondent Suarez^{a)}, Cajetanus^{a)}, et Salmant.¹ cum Candido, posse quidem absolviri, si ille esset moraliter impotens ad officium suum deserendum, et peccaret, non ex vi occasionis, sed ex propria fragilitate, et inde ostenderet signa verae poenitentiae, cum proposito occasione cavendi quantum potest. — Hinc communiter possunt excusari a deserenda occasione, qui ratione officii cum feminis versando peccant; ut dicunt Navarrus²; ac Graffius, Tanner, Hurtadus, Lopez, etc., cum Salmant.³ et Milante^{b)}.

Idem dicitur de chirurgis, qui feminis medendo, sunt in occasione peccandi. Salmant.⁴ cum Sanchez^{c)}, Navarro, Hurtado. Idem de parocho, qui in audiendis seminarum confessionibus voluntarie se pollut. Hi possunt absolviri quin officium deserant. — Secus tamen dicendum de con-

¹ *Tr. 26, cap. 2, n. 46.* — *Candid.*, disquis. 24, art. 27, dub. 9. — ² *Man.*, cap. 3, num. 17. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 1, cap. 28, num. 17. — *Tanner*, tom. 4, disp. 6, qu. 9, num. 107. — *Thom. Hurtad.*, Resolut. mor., tr. 1, n. 60. — *Ludov. Lopez*, Instructor. consc., part. 1, cap. 19, prop. 7. — ³ *Loc. cit.*, num. 47. — ⁴ *Loc. cit.*, num. 47. —

437. — a) Thomas Hurtadus, in suis *Resolut. mor.*, tr. 1, n. 195, loquitur de muliere quae ab aliquo sustentatur, non tamen titulo meretricis, quamvis inde occasionem proximam cum eo peccandi habeat, et dicit: «Non... debet cogi ut mendicet aut eleemosynam querat, et occasionem proximam peccandi relinquat».

438. — a) Suarez, *de Sacr. Poenit.*, disp. 32, sect. 2, v. f., principium generale tantum exponit: «Quando, inquit, moraliter vitari non potest [occasio], illam non censeri voluntariam neque assumptam, sed illatam; et ideo non esse morale, sed necessitatem quamdam potius vel impotentiam, propter quam non fit homo absolutione indignus. Oportet tamen aliis mediis uti ad curandum hominem, et

probandum an ejus propositum efficax sit». — Cajetanus similiter, *Sum.*, v. *Periculum*: Si necessitas, inquit, urgeat locum adeundi, in quo periculum peccandi adest, et constanter se putat futurum, «peccatum non video».

b) Milante, *Exercit.*, 36, sup. prop. 61 *In- noc. XI*, v. *Ex eodem pariter*, oppositum tenet, negans absolviri posse quamplures officia et munera exercentes, quae ex abusu et malitia exercentium jam sunt ex habitu occasio relabendi in crimina.

c) Joannes Sanchez, *Select.*, disp. 10, n. 9, v. f.: «Chirurgus, inquit, tenebitur verenda feminae curare, licet cum periculo consensus in peccatum».

d) Modo, inquit Salmant. cum laudatis auctoribus, «proponeret aut illum deinceps

Eodem modo semper re labens, non absol- vendus.

Ancilla pec- cans cum cum hero, quo cum jam ante pec- cavat.

peccandi cum suo viro, qui eam contra naturam cognoscat vel prostituat?

Uxor in occasione pecandi cum viro, non absolvenda.
Respondetur negative cum Salmant.¹ cum Sanchez. — Tenetur enim tunc divorcium facere; sed hoc intelligendum, nisi ad hoc sit moraliter impotens, ut dictum est in *Quaest.* 4, ut supra.

441. - Quaeritur 7^o. *An quis teneatur tollere occasionem proximam peccandi cum concubina, etiam cum suo gravi damno temporali?* puta, si amasius debitor esset concubinae in magna summa?

Grave datum excusat ab expellenda concubina juxta alios. Juxta alios non excusat.
Negant Tancredus, Sanchez et Antonius de Spiritu S., apud Salmant.² — Sed contrarium omnino tenent Salmant.³; quia damnum spirituale magis quam temporale praecavendum est. Verum haec ratio, si hic valeret, valere deberet etiam pro casibus supra allatis *Quaest.* 3 et 4, ubi iidem Salmant. probabiliter excusant aliquando eos qui ad grave damnum evitandum occasionem non deserunt.

Opinio excusans in aliquo casu, probabilitate.
Quapropter primam sententiam probabilem censeo, si amasius non posset solvere sine magno detimento suae famae vel sui status; ita ut ille in gravem necessitatem redigeretur. Vide dicenda *Lib. VI*, n. 455, v. *Sed hic*. — Sed in omnibus his casibus expedit omnino, ut differatur absolutio usque ad emendationem: vide *eodem Lib. VI*, n. 456.

Sed diffrena abso-
tio.
Plura hic adduntur scitu utilia in hac materia:

442. - 1^o. A concilio Tridentino⁴ indica fuit pro concubinatu poena excommunicationis ferenda post tertiam monitionem; et insuper poena ejectionis extra oppidum vel dioecesim, implorato brachio saeculari. — 2^o. In crimen hoc, cum sit mixti fori, procedi potest tam a laicali quam ab ecclesiastico iudice. — 3^o. Cle-

¹ Tr. 26, cap. 2, n. 52. - *Sanch.*, de Matr., lib. 10, disp. 17, num. 5, 6 et 10. — *Tancred.*, de Poenit., disp. 3, qu. 18. — *Joannes Sanchez*, Select., disp. 10, n. 20. - *Anton. a Spir. S.*, Director confessar., de Poenit., tr. 5, disp. 3, n. 158. — ² Loc. cit., n. 57. — ³ Loc. cit., n. 58. — *Salmant.*, loc. cit., n. 44. — ⁴ Sess. 24, de Reform. Matr., cap. 8. — ⁵ Sess. 25, de Reform., cap. 14. — ⁶ Tr. 26, cap. 2, n. 60 et 61. — ⁷ Loc. cit., n. 64. — ⁸ Loc. cit., n. 66. — ⁹ Loc. cit., n. 67. —

non admittere, aut si hoc sine magno incommodo facere non possit, si firmiter propone ret se nunquam in aliquo cubiculo cum eo solo locutaram aut versaturam».

ricus concubinarius, ex concilio Tridentino⁵, post primam monitionem privatur tercia parte fructuum beneficii. Post secundam vero, privatur pensionibus et beneficii administratione. Deinde post tertiam, omnino beneficio exsoliatur. Denique excommunicatur; et tunc potest etiam curiae saeculari ab episcopo tradi. Vide Salmant.⁶ — Probabiliter autem non privatur tercia parte fructuum (ut dictum est) clericus qui, etiam post monitionem, tantum semel peccaverit. Salmant.⁷

Notandum autem 1^o nomine fructuum, non comprehendendi distributiones quotidianas; ut a S. Congregatione fuit decisum (apud Salmant.⁸). — Notandum 2^o. poenas pecuniarias hujus criminis ad pios usus ab episcopo applicandas esse. Salmant.⁹. — Notandum 3^o. quod clericus non privatur fructibus beneficii, nisi post sententiam. Salmant.¹⁰.

Utrum autem clerici concubinarii publici sint etiam ipso jure suspensi?

Affirmant Barbosa, S. Antoninus¹¹, Navarrus¹², Silvester, etc., apud Salmant.¹¹; dicentes, ipsos incurrire tales suspensionem tam ab officio, quam a beneficio ex can. *Sacerdotes, dist. 50*; et sic declaratum esse a S. Congr. Concilii. — Sed negant probabiliter Sotus¹³, Filiuccius¹⁴ ac Trullench, Suarez et Fagundez, apud Salmant.¹⁴, qui huic sententiae adhaerent. Ratio, quia de tali suspensione non constat. Immo, potius probatur oppositum ex Tridentino¹⁵: ubi dicitur, quod si clericus concubinarius secundae monitioni non paruerit, ab episcopo suspendatur ab administratione beneficii; ergo supponit concilium, nullam esse suspensionem anterius ipso jure latam. Ad declarationem autem S. Congregationis respondent, eam non

¹⁰ Tr. 26, cap. 2, n. 68. — *Barbosa*, in Trid., sess. 25, de Reform., cap. 14, n. 17. - *Silvest.*, v. *Concubinarius*, qu. 4. — ¹¹ Loc. cit., num. 70. — ¹² In 4, dist. 1, qu. 5, art. 6, arg. 2, v. *Prima itaque*. — ¹³ Tr. 17, num. 124. — *Trull.*, lib. 6, dub. 10, n. 2. - *Suar.*, de Censur., disp. 31, sect. 4, n. 10, vers. *In hac re*. - *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 2, n. 10. — ¹⁴ Tract. 26, cap. 2, num. 70. — ¹⁵ Sess. 25, de Reform., cap. 14.

442. - ^{a)} *S. Antoninus*, part. 3, tit. 27, cap. 3; *Navarrus*, *Man.*, cap. 25, num. 76, et cap. 27, num. 154, scribunt dumtaxat eos suspensos esse ab omnibus ordinum suorum actibus.

Poenae
clericorum
concubina-
riorum.

Stuprum,
quid.
Si virgo
consentiat,
per se est
fornicatio
simplex.

Per acci-
dens est a-
liud specia-
le pecca-
tum.

Raptus,
quid.

Clerici con-
cubinarii
publici, ipso
jure suspen-
si, juxta a-
lios.

Probabi-
liter nega-
tur.

esse authenticam; et etiamsi esset authentica, aliam non habere auctoritatem, quam sententia probabilis doctorum, juxta dicta *Lib. I*, n. 106. *Qu. 2*, v. *Secunda*.

443. - « II^o. STUPRUM. — Hoc est, de « floratio virginis, ipsa invita; quia, si con- « sentiat, erit tantum fornicatio simplex, « nec circumstantia in confessione ape- « rienda: ut probat Lessius et Sanchez¹, « contra Navarrum, Azor et alios». »

Et cum Busenbaum et Sanchez con- sentiunt Salmant.², et Roncaglia³ cum Barbosa, Bonacina⁴, etc. — Dicunt au- tem Bonacina⁵, et Salmant.⁶ cum Lessio, Filiuccio, Diana⁷, quod fornicatio cum virgine consentiente potest esse aliunde speciale peccatum, scilicet, ratione infamiae, vel moeroris parentum, vel rixarum, odii, etc. (Vide dicenda *de Sponsa- libus*, *Lib. VI*, n. 847).

444. - III^o. RAPTURE. — Cum scilicet per- « sona aliqua (sive masculus sive femina, « sive nupta sine innupta) libidinis causa « abducitur: illata vi sive abductae sive « iis quorum potestati subest ». [Scilicet parentibus, aut tutoribus, aut viro; non autem si sint fratres, et mulier sit sui juris. Roncaglia⁸ cum Molina]. — « Si quae « tamen sponte discedat cum amasio, in- « sciis parentibus, non erit proprie raptus, « sed fuga, non addens malitiam specie « distinctam fornicationi. Lugo⁹, Filiuc- « cius¹⁰; vide Bonacina. Idem dicit Diana⁸ « ex Lessio¹¹, Sanchez¹², etc. ».

Less., lib. 2, cap. 10, dub. 1, a. n. 5. — ¹ *De Matr.*, lib. 7, disp. 14, n. 5 et 6. — *Navar.*, *Man.*, cap. 6, n. 8; et cap. 16, n. 9, v. *Quinto*. - *Azor*, part. 3, lib. 3, cap. 11, qu. 5. — ² Tr. 26, cap. 4, n. 4. — ³ Tr. 12, cap. 3, qu. 2. - *Barbosa*, in *Decretal.*, lib. 5, tit. 16, cap. 1, n. 18. — ⁴ *Loc. cit.*, n. 13. - *Less.*, loc. cit. - *Fili.*, tr. 30, n. 67. — ⁵ *Loc. cit.*,

⁶ *Molina*, de Just. et Jure, tr. 3, disp. 105, n. 2. — ⁷ *De Sacram Poenit.*, disp. 16, n. 337. — ⁸ *Loc. cit.*, n. 110. — ⁹ *Bonac.*, de Matr., qu. 4, punct. 18, n. 5. — ¹⁰ *Part. 1*, tr. 7, resol. 37. — ¹¹ *Sess. 24*, de Reform. Matr., cap. 6. — ¹² Tr. 26, cap. 4, num. 29. — ¹³ Tr. 30, num. 85 et 89. — ¹⁴ *De Matr.*, lib. 9, disp. 18, n. 4. — ¹⁵ Tr. 12, cap. 4, qu. 3.

^{c)} Diana perperam a Salmant. adducitur; ipse enim *part. 2*, tr. 17, resol. 12, nullam facit de praesenti casu mentionem.

444. - ^{a)} Lessius, *lib. 2*, cap. 10, n. 6 et 7; Sanchez, *de Matr.*, *lib. 7*, disp. 14, n. 5, a. Diana pro simili tantum casu, nempe pro stupro, allegantur; ipsi tamen, et quidem Lessius, *lib. 4*, cap. 3, n. 66, et Sanchez, *loc. cit.*, *disp. 12*, n. 36, etiam tuentur opinionem pro qua hic a Busenbaum citantur.

^{b)} Limitatio ista ab ipso S. Alphonso, non a Tridentino, apponitur.

446. - ^{a)} Azor allegatur pro hac sententia a Roncaglia, sed *part. 3*, *lib. 3*, cap. 20, i. f., *cit.*, asserit quidem hanc circumstan-

Ex Tridentino⁹ raptor tenetur mulierem ducere aut dotare; nisi mulier sit meretrix aut malae famae¹⁰. Quando tamen adest raptus cum violentia mulieris invitae, matrimonium semper est nullum: etiamsi cum raptis sint sponsalia contracta.

Constituunt raptum etiam preces im- portunae. Num autem etiam dolus? vide Salmant.¹⁰ (Vide alia, *de Matr.*, *Lib. VI*, n. 1107 et 1108).

445. - « IV^o. ADULTERIUM. — Cum sci- « licet uterque vel alteruter coeuntum est « conjunctus matrimonio, etiamsi adulter- « rantis conjux sit contentus: esto enim « tunc illi non fiat injuria, fit tamen ipsi « statui, Sacramento et huic preecepto. — « Quod si femina adulterans sit conjugata, « gravius habetur, quam si vir: propter « incommoda graviora, v. gr. damnum « veri haeredis, prolixis incertitudinem, etc. « Si vero uterque sit conjugatus, adhuc « gravius est; quia sunt duae injuriae in « utriusque conjugem, in confessione ex- « primendae. — Filiuccius¹¹. »

Nota hic prop. 50 damnatam ab Innocentio XI, quae dicebat: *Copula cum con- jugata, consentiente marito, non est adul- terium; ideoque sufficit in confessione di- cere se esse fornicatum.*

446. - Qui sodomitice uxorem cognoscit, probabilius etiam adulterium committit; quia est contra bonum datae fidei: ut Sanchez¹², Roncaglia¹³ cum Azor¹⁴, etc.,

Ad quid
raptor te-
neatur.

Preces
im-
portunae
constituant
raptum.

Adulte-
rium, quid.

Sodomia
cum uxore,
adulterium.

Copula
cum alte-
rius sponsa
de futuro
non est a-
dulterium.

Probabi-
liter, circum-
stantia ag-
gravans
dumtaxat.

Incestus.
quid.

Salmant.¹ cum communi, contra paucos. — Et debet explicari, sodomiam commis- sam esse cum propria conjugi; ut Salmant.²

447. — An vero sit adulterium copula habita cum despensata per verba de fu- turo? — Probabilis negatur cum Sanchez³, Salmant.⁴, Roncaglia⁵.

Censem autem Roncaglia et Salmant.⁶, quod si unus ex sponsis cum alia persona fornicietur, debet aperire in confessione circumstantiam sponsalium, tamquam mu- tantem speciem, ratione injuriaie alteri il- latae. — Probabile vero satis est cum Trul- lench, Pontio, Diana, Covarruvias, Lugo, Sanchez et Laymann^{a)}, esse tantum cir- cumentiam aggravantem; cum sponsus per sponsalia nullum acquirat jus super corpus alterius. Vide hoc de Matrim., Lib. VI, n. 847.

448. — « V°. INCESTUS. — Hoc est con- gressus cum consanguinea vel affine usque ad quartum gradum^{a)}. Eo gra- vius peccatum, quo gradus est propin- quior; quem proinde in confessione ex- primere, saltem securius est: ut habet « Navarrus^{b)}, card. Lugo^{b)}. — Sicut etiam « multo gravior est incestus cum consan- guinea, quam cum affine in eodem gradu,

¹ Tr. 26, cap. 5, num. 15. — ² Loc. cit., num. 17. — ³ De Matrim., lib. 1, disp. 2, num. 2. — ⁴ Loc. cit., num. 11. — ⁵ Tr. 12, cap. 4, qu. 5. — ⁶ Roncaglia, loc. cit. — ^a Tr. 9, de Matrim., cap. 1, n. 11. — ^b Trull., de Sacram., lib. 7, cap. 1, dub. 1, n. 8; cfr. etiam Decal., lib. 6, dub. 5, n. 5. — ^c Pont., de Matrim., lib. 12, cap. 6, n. 8. — ^d Diana, part. 1, tr. 7, resol. 5. — ^e Covar., de Sponsalib., part. 1, cap. 1, n. 18. — ^f Lugo, de Poenit., disp. 16, n. 176 et 178. — ^g Sanch., de Ma-

« v. gr. cum matre, quam cum noverca; « cum sorore propria, quam cum sorore uxoris. Et rursus gravior est cum affine, quam cum cognato spirituali vel legali.

« — Addi vero debet, si in primo gradu fuerit, utrum cum matre, an cum filia, an sorore. Card. Lugo⁷; et Escobar⁸, ubi ex Hurtado^{c)} probabile dicit, ince- stum in eodem gradu et linea, ejusdem esse speciei (eo tamen graviorem, quo gradus est vicinior stipiti); et satis esse dicere: Habui rem cum consanguinea in linea recta.

« Ad hanc speciem revocatur, tamquam analogia, fornicatio cum filia confessio- nis; cum proprie non sit cognatio spi- ritualis. — Quam tamen circumstantiam, in confessione exprimendam esse probat Sanchez⁹, Coninck¹⁰, Fagundez et cae- teri, probabiliter; contra Sà¹¹ et Diana. « Vide card. Lugo¹².

Ad majorem horum claritatem,

Quaeritur 1°. An omnes incestus, quoad gradus, sint ejusdem speciei? — Vide di- cenda de Sacr. Poen., Lib. VI, n. 470, ubi hoc sat probabiliter affirmatur (excepto tantum primo gradu consanguinitatis in linea recta), cum Cajetano^{a)}, Soto^{a)}, Lugo^{e)}, Bonacina, etc.; cum D. Thoma.

trim., lib. 1, disp. 2, n. 6 et 7. — ⁷ De Poenit., disp. 16, n. 312 et 314; cfr. etiam n. 143. — ⁸ Prooem., exam. 2, cap. 6, n. 46. — ⁹ De Matrim., lib. 7, disp. 55, n. 4. — ¹⁰ De Sacram., disp. 32, n. 28. — ¹¹ Fagund., de 2° Praec. Eccl., lib. 4, cap. 8, n. 32. — ¹² V. Confessio., n. 26. (in edit. corr., n. 25.) — Diana, part. 1, tr. 7, resol. 12. — ¹³ Loc. cit., num. 331 et seqq. — ¹⁴ Bonac., de Matrim., qu. 4, punct. 16, num. 6. — D. Thom., 2^o 2^o, qu. 154, art. 9, ad 8.

tiam fatendam esse in confessione, quia gra- vius est peccatum quam si fieret inter solu- tum et solutam; sed non dicit esse adulterium.

447. — ^{a)} Laymann, lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 6, post med., negat esse necessario explicandam hanc circumstantiam, sed casu quo fornicatio remansura est occulta.

448. — ^{a)} Quod ad affinem pertinet, S. Al- phonsus rem ita explicat in Istruzione e Pra- tica, cap. 9, n. 17: Incestum esse congressum cum «affine ex copula licita, usque ad quartum gradum; ex illicita, usque ad secundum ».

^{b)} Navarrus, Man., cap. 7, n. 4, i. f., et cap. 16, n. 3, i. f., absolute affirms confiten- dam esse circumstantiam gradus, quippe quea speciem mutat. — Lugo contra, de Poenit., disp. 16, n. 312, negat explicandam esse, nisi in incestu cum ascendeute aut descendente, vel cum fratre aut sorore.

^{c)} Gaspar Hurtadus, de Poenit., disp. 9, diff. 4, § Quid, v. Nos tamen, non loquitur de linea; sed negat diversos consanguinitatis gradus necessario esse distinguendos, et ait « sufficere, si poenitens dicat se personam consanguineum cognovisse, non declarando gra- dum consanguinitatis ».

^{d)} Cajetanus, in 2am 2ae, qu. 154, art. 9, in resp. ad 3; Sotus, de Just., lib. 2, qu. 3, art. 8, ante resp. ad 5, hanc sententiam sat clare insinuat, dum scribunt matrimonium inter genito- res et filios esse contra naturam; inter fratres vero et sorores, sicut inter alios consanguineos, potuisse ex dispensatione legitime contrahi.

^{e)} Lugo scilicet, de Poenit., disp. 16, n. 143, dicit incestum cum ascendeute aut descendente, sicut et incestum cum fratre et sorore, ab aliis specie differre; in ceteris vero consanguinitatis gradibus non differre.

449. — Quaeritur 2°. An incestus cum consanguinea differat specie ab incestu cum affine? — Utraque sententia est probabili.

Prima, cum Croix¹, Cajetano, Lugo, Diana, ex S. Thoma, negat. Quia in utro- que casu contra reverentiam conjunctis debitam pariter peccatur. — Secunda sen- tentia cum Vasquez, Dicastillo et aliis², affirms. Ratio istorum: quia videtur to- taliter diversa reverentia debita ob san- guinis conjunctionem, quam ob conjunc- tionem affinitatis. Vide dicenda Lib. VI, n. 469.

450. — Quaeritur 3°. An incestus inter cognatos spirituales sit diversae speciei, quam inter consanguineos et affines? — Absolute affirmandum cum Salmant. et S. Thoma³, qui docet, per copulam inter cognatos spirituales committi sacrilegium ad modum incestus.

An autem tunc sit explicandus gra- dus cognitionis? — Affirms Salmant.⁴; sed probabilis negat Croix⁵.

Pariter incestus inter cognatos lega- les, nempe ratione adoptionis, est diver- sare speciei ab aliis enuntiat, et expli- cari debet. — Vide Salmant.⁶.

451. — Quaeritur 4°. An confessarius, rem habens cum filia spirituali occasione confessionis, debeat hoc explicare in con- fessione?

¹ Lib. 6, part. 2, n. 1073. — ² Cajetan., in 2am 2ae, qu. 154, art. 9. — ³ Lugo, de Poen., disp. 16, n. 313 et 316. — ⁴ Diana, part. 1, tr. 7, resol. 31. — ⁵ S. Thom., 2^o 2^o, qu. 154, art. 9, ad 2. — ⁶ Vasq., in 3 Part. de Matr., qu. 91, art. 1, dub. 4, a. n. 15. — ⁷ Dicast., de Poenit., disp. 9, dub. 6, n. 272. — ⁸ Ap. Croix, loc. cit., n. 1073. — ⁹ Salmant., tr. 26, cap. 5, num. 39. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, n. 154, art. 10, ad 2. — ¹¹ Loc. cit., n. 40. — ¹² Lib. 6, part. 2, n. 1078. — ¹³ Loc. cit., n. 41. — ¹⁴ Lib. 6, part. 2, n. 1078. — ¹⁵ Loc. cit., n. 41. — ¹⁶ Lib. 6, part. 2, n. 1078. — ¹⁷ Loc. cit., n. 41. — ¹⁸ Lib. 6, part. 2, n. 1078. — ¹⁹ Loc. cit., n. 42. — ²⁰ Henco, disp. 6, qu. 3, concl. 3, v. Incestum etiam. — Trident., Sess. 23, de Reform., cap. 1. — Major, in 4, dist. 40, qu. 2, v. Secundo princip. arguitur, propos. 8. — Gallego, de Cognat. spirit., cap. 24, n. 17, v. Tertio. — ²¹ Lib. 6, part. 2, n. 1077.

tunc probabilior videtur sententia assertens non esse circumstantiam necessario confitendum».

^{b)} Holzmann, de Praec. decal., n. 669, negat per hoc committi sacrilegium reale.

^{c)} Vasquez, in 3 P., de Matr., qu. 91, art. 1, dub. 2, n. 20, non aliud esse dicit quam cir- cumentiam aggravantem.

^{d)} Verba quae S. Alphonsus a Collet mu- tuatus est, sunt verba cap. Quamvis, ult. de cognat. spirit., in 6^o. Collet autem negat esse verum incestum, sed ait quandam esse sa- crilegii speciem; et ideo his verbis conclu-

Allii di-
cunt, pec-
catum cum
poenitente,
speciale.

Allii pro-
babilius ne-
gant.

Excipitur
parochus.

Fornicatio
inter pro-
pinquitatis non censetur auferri per
dispensationem, nisi tantum ut ipsi con-
juncti possint matrimonium contrahere,
non autem forniciari. — Sed non minus
probabiliter contradicit Sanchez¹, cum
Cajetano², Armilla³ et Vega; et idem
sentit Lugo⁴. Ratio, quia dispensatio non
concedit quidem fornicationem, sed tollit
prohibitionem matrimonii. Ubi autem ma-
trimonium non est vetitum, ibi non est
incestus; ergo, cessante matrimonii prohi-
bitione, cessat, tamquam accessoria, prohi-
bitione specifica fornicationis.

453. — Nota hic, quod omnes tactus in-
ter consanguineos, saltem primi et se-
cundi gradus, sunt incestus; juxta rece-
ptam sententiam. — Vide *Dub. seq.*, n. 469.

454. — « VI^o. SACRILEGIIUM. — Hoc est
« violatio rei sacrae per actum venereum.
« Res autem sacrae, quae sic violantur,
« sunt locus et persona. — Unde sacrile-
gium est:

« 1^o. Omnis actus luxuriosus exterior
« (qualis etiam est v. gr. pollutio; et pro-
« babiliter etiam tactus impudici: ut vide
« card. Lugo⁵) in loco sacro, hoc est tem-
« plo vel coemeterio; nisi tamen fiat a con-
« jugibus ex necessitate, v. gr. ad vitan-
« dam incontinentiam.

« 2^o. Omnis actus luxuriosus tam inte-
« rior, quam exterior, in persona vel cum
« persona voto castitatis consecrata. Circa
« quem tamen probabile est, non opus esse
« exprimere, utrum fuerit vatum solemne,
« an simplex. Sicuti neque, si duplci titulo
« sit sacra, v. gr. quia est sacerdos et
« religiosus: quia moraliter est una nu-
« mero malitia. — Sanchez⁶, Henriquez
« et caeteri, quos citat Diana⁷ et sequi-

¹ De Matr., lib. 7, disp. 67, n. 9. — ² Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 33, cas. 98. — ³ De Just. et Jure, disp. 3, n. 183. — ⁴ De Poenit., disp. 16, n. 464. — ⁵ De Matrim., lib. 7, disp. 27, num. 27 et seqq. — ⁶ Henrig., lib. 5, cap. 5, num. 6, lit. g. — ⁷ Part. 1, tr. 7, resol. 3. — ⁸ De Poenit., disp. 16, num. 146 et seqq. — ⁹ De Matrim., qu. 4, punct. ult. — ¹⁰ Prooem., exam. 2, cap. 6, num. 47. — Coninck,

« tur. Vide card. Lugo⁶, Bonacina⁷, Esco-
« bar⁸.

Pro clariori intelligentia, Quaestiones
super hoc punctum segregatim exponam
quoad sacrilegium circa personam, circa
locum et circa res.

455. — 1^o. Circa personam.

Quaeritur 1^o. *An sacerdos, qui sit etiam
religiosus, peccans contra castitatem, duo
committat sacrilegia?*

Prima sententia affirmit: quia talis, ut
religiosus, debet servare castitatem ratione
voti; ut sacerdos autem, ratione praeepti
Ecclesiae. — Ita Lessius⁹, Coninck, Le-
desma, etc.

Sed negant verius Sanchez⁹, Palaus,
Azor, Trullench, etc., cum Salmant.¹⁰ —
Ratio, quia, quamvis ex dupli praeepte
talis sacerdos maneat obstrictus voto ca-
stitatis, attamen contra idem praeeceptum;
et ex eodem motivo peccaret; dum sacer-
dos non jam ex Ecclesiae constitutione
(ut isti censem), sed tantum ratione voti
sacris ordinibus annexi, ad castitatem obli-
gatur: juxta probabiliorem sententiam.
Vide de Ord., Lib. VI, n. 808, v. Secunda.

Praeterea, etiamsi obligatio castitatis in
sacerdote immediate esset tantum ex Ec-
clesiae praeepto; is tamen, laedendo ca-
stitatem, etiam peccaret contra religionem
(juxta communem DD. sententiam, ibidem
allatam): quia Ecclesia, ex solo motivo re-
ligionis, ob reverentiam sacri ordinis, co-
elibatum suis ministris imponit. Recte enim
Ecclesia potest efficere, ut materia alicujus
sui praeepti sit materia alicujus virtutis;
ut probat Croix¹¹ cum Suarez et Carde-
nas. — Vide de hoc, Lib. VI, n. 470, v. Nec
obstat.

de Sacram., disp. 20, num. 131. — ¹² Petrus de Ledesma, de
Sacr. Poenit., cap. 18, dub. 1 et 2. — ¹³ De Matr., lib. 7,
disp. 27, num. 28 et 30. — ¹⁴ Pal., tr. 2, disp. 3, punct. 3,
n. 10. — Azor, part. 1, lib. 4, cap. 2, qu. 6. — ¹⁵ Trull., Decal.,
lib. 6, dub. 7, num. 9. — ¹⁶ Tr. 26, cap. 6, n. 7. — ¹⁷ Lib. I,
n. 626 et seqq. — ¹⁸ Suar., de Voto, lib. 5, cap. 3, num. 13. —
Carden., 1 Cris., disp. 40, cap. 2 et 3.

Sacri-
gium loca-
le.

Personale.

mixtio absque dispensatione matrimoniali. Et
ita revera citantur a Sanchez.

455. — a) Lessius, lib. 4, cap. 3, n. 87,
hoc affirmit ut valde probabile, sed opposi-
tum existimat etiam valde probabile, si po-
namus totam obligationem castitatis in ordine
sacro, ex voto procedere, et non etiam ex ali-
quo peculiari praeepte.

dit: « Quapropter circumstantia haec in con-
fessione necessario aperiri debet, utpote cui
foedior quaedam et horrenda magis defor-
mitas inexistat ».

452. — a) Cajetanus, Sum., v. Incestus;
Armilla, v. Incestus, hanc sententiam perspu-
cie innunt, dum dicunt incestum adesse, quando inter consanguineos et affines fit com-

456. — Quaeritur 2^o. *An persona sacra,
rem habens cum alia sacra, duplex sa-
cralegium committat?* — Quicquid dicat
Sà¹⁹; omnino est affirmandum cum Lessius¹, Elbel², Salmant.³ cum Filliuccio,
Bonacina et communi. Quia is dupliciter
religionem offendit, scilicet peccato pro-
prio, et peccato alterius cui cooperatur.

457. — Quaeritur 3^o. *An habens votum
castitatis sacrilegium committat, si alter-
rum suo consilio inducat ad carnale pec-
catum?*

Affirmant probabiliter Lugo, Leander,
Perez, cum Salmant.⁴ Ratio, quia (ut isti
dicunt) non induceret ille alios ad casti-
tatem laedendam, nisi ipse ad libidinem
positive affectus esset; ideoque ipse quo-
que castitatem offendit. — Sed satis proba-
biliter etiam negant Sanchez⁵, et Dica-
stillus, etc., apud Salmant.⁶ Quia casti-
tatis votum emittens, non alienam, sed
tantum propriam castitatem respicit.

Attamen prima sententia mihi certo
probabilior videtur, si ille ex positivo af-
fectu ad libidinem alterum ad peccandum
induceret. Secus, si ex alio pravo fine.

Omnino autem tenendum cum Salmant.⁷, contra paucos, sacrilegium utique
committere religiosum, qui morose dele-
ctaretur de peccato carnali alterius, vel
qui alterum suis manibus pollueret, etiam
sine sua delectatione.

458. — 2^o. Circa locum.

Quaeritur 1^o. *An copula maritalis aut
occulta, habita in ecclesia, aut sine alia
locis, sit sacrilegium?*

¹ Lib. 4, cap. 8, n. 84, v. Tertio. — ² De 6^o Praec.,
n. 248. — ³ Tr. 26, cap. 6, n. 5. — ⁴ Fill., tr. 30, n. 128. — ⁵ Bonac.,
de Matrim., qu. 4, punct. ult., n. 3. — ⁶ Lugo, de Poenit.,
disp. 16, num. 152. — ⁷ Leand., tr. 5, de Poenit., disp. 8, § 2,
qu. 10. — ⁸ Martinus Perez, de Poenit., disp. 29, sect. 8, n. 5
et 6. — ⁹ Loc. cit., n. 10. — ¹⁰ Decal., lib. 5, cap. 6, n. 11. —
¹¹ Dicast., de Poenit., disp. 9, dub. 8, n. 326. — ¹² Tr. 26, cap. 6,
ecl. in 6^o, v. Polluti.

456. — a) Sà adducitur a Salmant. pro si-
mili tantum casu, nempe pro adulterio inter
conjugatum et conjugatam, de quo edit. ge-
nuina, v. Confessio, n. 30, scribit: « Quidam
putant cum uterique peccans est conjugatus,
exprimentum... Ego cum aliis sentio sufficere
illuc dicere fuisse adulterium ». Quod jure me-
rito a correctore deletum est.

458. — a) Sà, v. Ecclesia, n. 13 et 14, haec
dumtaxat scribit: « Polluitur ecclesia... effu-
sione sanguinis per injuriam, quae sit pecca-
tum mortale... Effusione magna semenis viri
vel feminae, si fiat cum peccato mortali ». —
Ecclesia, fin. de consecr. eccles., n. 3.

¹² Sotus, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 5, Quar-
tum dictum, de sacrilegio non loquitur, et

¹³ scribit dumtaxat: « Tametsi de conjugali con-
cubitum dubium sit inter doctores, et forsitan per

Persona
sacra cum
alia sacra,
peccans duo
sacrilegia
admitit.

Luxuria
in sacerdo-
te religioso,
duplex sa-
cralegium,
juxta alias.

Verius,
unum dum-
taxat.

Satis pro-
babilitate ne-
gatur.

Nisi indu-
cat ex po-
sitivo af-
fectu ad li-
bidinem.

Delectari
de luxuria
alterius, etc.
sacrilegium
in religioso.

Ecclesia
polluitur ef-
fusione san-
guinis aut
seminis vo-
luntaria.

Effusio li-
cita proba-
bilitate non
est sacrile-
gium.

Probabi-
litas sola pu-
blica est sa-
cralegium.

Quaenam
dicatur pu-
blica.Copula ma-
ritalis secula-
ria necessi-
tate, proba-
bilis sacri-
legium.

gitent intra se quantum pro lavatione peccatorum laborandum sit. Item Pontius ^{a)} (vocans communem), Toletus ^{e)}, Sà ^{e)}, Navarrus ^{e)}, Azor ^{f)}; et Vasquez, Coninck ^{g)}, Rodriguez ^{g)}, etc., apud Salmant. ¹⁾. Ratio, quia (ut isti inquit), talis effusio non est sacrilegium de jure divino, sed tantum de jure ecclesiastico, quo sola publica effusio prohiberi videtur: dum tantum per istam auferitur in opinione hominum reverentia loco sacro debita. — Et saltem ob tantorum doctorum auctoritatem, hanc sententiam probabilem bene putant Salmant. ²⁾. Notant tamen, quod, ut effusio dicatur jam publica, sufficit, si manifestetur verbis; aut si vir et femina in eodem toro cubare cernantur.

Tertia sententia probabilior dicit, adhuc per copulam maritalem occultam committi sacrilegium, et ecclesiam pollui: nisi fiat ex morali necessitate. Ratio, quia textus citati universe loquuntur de quacumque effusione. Et sic rectius intelligendi; dum etiam per copulam occultam et licitam

Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 98, cap. 3, n. 6. — ¹⁾ Tr. 9, cap. 15, n. 63 et 64. — ²⁾ Tr. 9, cap. 15, n. 65. — ³⁾ De Matrim., lib. 9, disp. 15, n. 12. — ⁴⁾ De Matrim., qu. 4, punct. ult., n. 6. — ⁵⁾ De Praec. decal., num. 667. — ⁶⁾ Lib. 6, part. 2, num. 1070 et 1071. — ⁷⁾ Loc. cit., num. 65 et seqq. — Suav., de Sacrif. Miss., disp. 81, sect. 4, num. 3, v. Tertio. — Less., lib. 4, cap. 3, n. 85 et 86. — Silvest., v. Debitum, num. 5, qu. 3; v. Consecratio II, qu. 5, vers. Tertius. — ⁸⁾ Loc. cit., num. 19.

illum concubitus non violatur [ecclesia], nam poena sunt restringendae».

^{d)} Pontius ita quidem n. 15 tenet, loquens de seminis aut sanguinis effusione, quae sit culpabilis, ac proinde in casu copulae etiam conjugalis, quae fiat cum utriusque peccato; quem casum appellat n. 14, valde dubitabilem.

^{e)} Toletus, lib. 5, cap. 8, n. 8, v. Secunda causa; Sà, v. Ecclesia, n. 19; Navarrus, Man., cap. 27, n. 256, i. f., hoc utique modo ecclesiam pollui asserunt; et ita insinuant eodem modo sacrilegium committi.

^{f)} Azor, part. 1, lib. 9, cap. 27, quaer. 4, ad sacrilegium non requirit facti notorieta- tem; sicut neque ad ecclesiae pollutionem, lib. 10, cap. 26, qu. 13.

^{g)} Coninck, de Sacram., qu. 83, n. 230, de pollutione tantum ecclesiae disputat; ratio tamen qua nititur, clare ostendit eum de sacrilegio idem sentire. Negat enim ecclesiam pollui, nisi notoria sit effusio: «Quia cum reverentia ejusmodi locis debita consistat in opinione hominum, non potest per ejusmodi actus tolli, nisi hominibus innotescat, sicut homines non fiunt de facto per crimina infames, nisi innotescant». Melius adhuc, de Poe-

ecclesiae gravis injuria irrogatur: et ipsa etiam probabilis polluitur; quamvis tam- men, cum sit crimen occultum, non sit obligatio a divinis officiis abstinere. Ita Sanchez ³⁾, Bonacina ⁴⁾, Holzmann ⁵⁾, Croix ⁶⁾; Salmant. ⁷⁾ cum Suarez, Lessio, Silvestro. — Opinantur autem isti doctores, tunc conjuges in morali necessitate esse, quando sunt in periculo incontinentiae; vel quando diu in ecclesia permanere deberent, nempe per 10 dies, ut aliqui censem: alii, per 20: alii vero, per mensem. Et casu, quo con- juges judicarent per mensem in ecclesia esse mansuros, etiam ab initio mensis copulari possunt. Ita Sanchez ⁸⁾ et Salmant. ⁹⁾ cum aliis.

459. — Quaeritur 2^o. *An autem soli tactus impudicii, habiti in ecclesia, sint sacrilegia?*

Negant plures DD., ut Sanchez ¹⁰⁾ cum Cajetano ^{a)}, Navarro ^{a)}; et Bonacina, Fagundez, Zanardus, Diana, Candidus, Leander, etc., apud Moya: dommodo absit periculum pollutionis. Ratio, quia talibus ta-

n. 18. — ⁹⁾ Tr. 9, cap. 15, n. 67 et 68. — ¹⁰⁾ De Matrim., lib. 9, n. 63 et 64. — ¹¹⁾ Tr. 9, cap. 15, n. 65. — ³⁾ De Matrim., lib. 9, disp. 15, n. 21. — ⁴⁾ Bonac., de Matrim., qu. 4, punct. ult., n. 8. — ⁵⁾ Fagund., de 2^o Praec. Eccl., lib. 4, cap. 4, n. 31. — ⁶⁾ Zanard., Director, part. 1, de Matrim., cap. 41, v. *Nono dico*. — Diana, part. 1, tr. 7, resol. 25. — ⁷⁾ Candid., disquis. 24, art. 23, dub. 41. — ⁸⁾ Leander., tr. 5, de Poenit., disp. 8, § 4, qu. 12 et 13. — ⁹⁾ Moya, tr. 3, disp. 3, qu. 4, cap. 3, v. *Consecratio II*, qu. 5, vers. Tertius. — ¹⁰⁾ Loc. cit., num. 19.

nit., disp. 7, n. 22, de circumst. *Ubi*: «Haec circumstantia, inquit, tunc addit speciale malitiam, quando aliquid fit eo loco, ubi singulariter est prohibitum fieri, v. c., si semen aut sanguis fundatur in ecclesia, *quia hoc modo polluitur*». Igitur ex Coninck, ratio sacrilegi ex eo petitur quod polluitur ecclesia; at juxta eumdem Coninck, non polluitur, nisi semen effusio sit notoria; ergo nec sacrilegium committitur. — Idemque tenet Rodriguez, in Sum., part. 1, cap. 241, n. 19; et cap. 153, n. 11 et 12, dum scribit mortale peccatum esse, quando publica est effusio, quia tunc ecclesia polluitur.

459. — ^{a)} Cajetanus et Navarrus a Sanchez allegant non pro ipsa propositione, sed pro eius probatione dumtaxat, in quantum scilicet Cajetanus, *Opusc.*, tom. 1, tr. 31, resp. 12, dub. 2; et Navarrus, in can. *Consideret*, in princ., n. 20, de Poenit., dist. 5, docent circumstantiam loci tunc tantum esse necessario confitendum, cum actus directe adversatur sanctitati aut immunitati loci, id est illis ad quae sanctificatus est, ad cultum divinum, ad fidelium sepulturam, confugientium aut rerum ibi depositarum securitatem.

Probabi-
lius sunt
sacrilegia.

Quando
adgit nec-
sitas.

Locus sa-
cer, quid.

Allii ne-
gant tactus
impudicos
in ecclesia
esse sacri-
legia.

ctibus non violatur ecclesia, adeo ut impe- diantur divina officia; ideoque cessat ratio sacrilegii. — Sed probabilis contradicunt Elbel ^{b)}, Holzmann ¹; item Silvester ^{c)}, Corduba, Lopez et Manuel, apud Sanchez ². Ratio, quia tactus in honesti eam- dem malitiam habent, quam ipsa copula. Et ideo sunt sacrilegi, non ob violationem ecclesiae, statutam fieri tantum per pol- lutionem; sed ob gravem irreverentiam quae loco sacro irrogatur. Non ideo enim pollutio est sacrilegium, quia polluitur ec- clesia; sed ideo polluitur ecclesia, quia pollutio est sacrilegium.

460. — Per *locum autem sacrum*, com- prehenditur omnis locus ab episcopo be- nedictus, et deputatus ad officia divina aut ad mortuos sepeliendos, a tecto usque ad pavimentum. — Non autem comprehen- duntur cellae, claustrum, sacristia, dormitorium, tectum supra ecclesiam, janua extra limen ecclesiae, atrium. Ita Sal- mant. ³⁾ cum Sanchez, Dicastillo, Basilio.

¹⁾ De Praec. decal., n. 721. — ²⁾ Corduba, Sum., qu. 190. — ³⁾ Ludov. Lopez, Instruct. conc., part. 1, cap. 33, v. f., v. *Sed quid dicendum*. — ⁴⁾ Man. Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 205, num. 1. — ⁵⁾ De Matrim., lib. 9, disp. 15, a n. 15. — ⁶⁾ De Praec., cap. 6, ex n. 21. — ⁷⁾ Dicast., tr. 8, de Poenit., disp. 9, dub. 8, num. 654 et 655.

Nec etiam veniunt oratoria privata. Nisi sint erecta auctoritate episcopi, ut fieri solent in hospitalibus; quia tunc sunt verae ecclesiae, et ibi omnes Missam audi- dire possunt: ut Salmant. ^{a)} cum Palao ^{a)}, Suarez ^{a)}, Fagundez ^{a)}, etc.

Secus autem, si sint mere privata, quamvis ibi dicatur Missa ex conces- sione Papae vel episcopi; juxta dicenda de *Sacram.* *Euch.*, Lib. VI, num. 357 et 359.

461. — Quaeritur 3^o. *An verba et aspectus lascivi in ecclesia habiti, sint sacrilegia?*

— Tres pariter adsunt sententiae.

Prima dicit omnes actus externos, etiam leviter turpes, in ecclesia habitos, esse sacrilegia. Ita Silvester ^{a)} et Cor- duba ^{a)}, apud Salmant. ^{a)}. — *Seconda* sententia damnat, ut sacrilegia, tantum actus externos graviter turpes. Ita Sanchez ^{b)}, Salmant. ⁴⁾ cum Suarez ^{c)}, Mo- lina ^{d)}, Dicastillo, etc. — *Tertia* sententia, quam tenent Toletus ^{e)}, Coninck ^{e)}, Va-

Quid de
oratoriis
privatis.

Allii di-
cunt, omnes
actus turpes
in ecclesia,
sacrilegia.

Allii, so-
los actus ex-
terni gra-
ves.

^{b)} Elbel, de *Sacrilegio*, n. 575, hanc Su- rezii sententiam affert, pro impudicis tactus publice factis, et videtur consentire.

^{c)} Silvester, v. *Confessio I*, n. 11, qu. 10, sacrilegium esse affirmat, «non solum si per- veniatur ad actum, sed etiam quoad ipsas ocu- lorum fictiones et quoad ipsas cogitationes de luxuria».

460. — ^{a)} Salmant., tr. 18, de *Privileg.*, cap. 3, n. 87, ubi auctores relatos allegant, de loco sacro disputant, non quidem in ordine ad sacrilegium, sed in ordine ad immunitatis privilegium. Sed tr. 9, cap. 15, n. 69, de sacrilegio loquuntur, et dicunt sub nomine ec- clesiae comprehendendi omnem locum deputatum ad officia divina «ex episcopi auctoritate», non vero, n. 70, «oratoria privata non benedicta ab episcopis». Et tr. 26, cap. 6, n. 27 et seqq., de eadem quaestione tractant, et n. 33, quoad oratoria concordant, at solum Fagundez citant. Sed etiam tum Palaus, tract. 11, punct. 1, n. 2; tum Fagundez, de 2^o Praec. Eccl., lib. 4, cap. 4, n. 36 et 38 cum S. Alfonso plane con- cordant. — Suarez item videtur consentire, de *Relig.*, tr. 2, lib. 3, cap. 9, n. 7, ubi negat ec- clesiam pollui per actus qui fiunt supra tec- tum, vel in turri, vel in alio simili loco, cum ecclesia conjuncto, sed extra illam existente, «et ad sacros usus non deputata».

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. I.

^{d)} Molina, de *Just. et Jure*, tr. 2, lib. 3, cap. 7, n. 11, dicit probabilis esse sacrilegia tactus impudicos, praesertim graviores et in parti- bus in honestis; et subdit: «Fortasse tamen non erit idem de turpi aspectu aut nutu aut levi verbo, maxime quando in transitu et sine notabili mora et scandalo fiunt».

^{e)} Molina, de *Just. et Jure*, tr. 2, lib. 3, cap. 7, n. 20 et 21, negat sacrilegia esse actus tur- pes, quicumque sint, etiam tactus, modo non sint cum periculo pollutionis conjuncti.

^{f)} Suarez, de *Relig.*, tr. 2, lib. 3, cap. 7, n. 11, dicit probabilis esse sacrilegia tactus impudicos, praesertim graviores et in parti- bus in honestis; et subdit: «Fortasse tamen non erit idem de turpi aspectu aut nutu aut levi verbo, maxime quando in transitu et sine notabili mora et scandalo fiunt».

^{g)} Molina, de *Just. et Jure*, tr. 2, lib. 3, cap. 7, n. 20 et 21, negat sacrilegia esse actus tur- pes, quicumque sint, etiam tactus, modo non sint cum periculo pollutionis conjuncti.

^{h)} Molina, de *Just. et Jure*, tr. 2, lib. 3, cap. 7, n. 20 et 21, negat sacrilegia esse actus tur- pes, quicumque sint, etiam tactus, modo non sint cum periculo pollutionis conjuncti.

44

Alii negant verba et aspectus turpes esse sacrilegia.

squez^{f)}, Basilius, Diana^{g)}, Valentia^{h)}, etc., apud Salmant.¹, Holzmann² (vocans communem); et ut certam alibi sequuntur Salmant.³ (licet hic sibi contradicant), negat tales actus, aut leviter aut graviter turpes esse sacrilegos. Ratio, quia hujusmodi colloquia aut aspectus turpes, sive etiam oscula libidinosa (secluso semper periculo pollutionis), licet sint mortalia et moraliter deformia; non tamen continent per se gravem deformitatem physicam contra reverentiam loco sacro debitam.

Secunda opinio, probabilior.

Hoc tamen non obstante, puto secundam sententiam absolute probabilem.

462. - Quaeritur 4°. *An sint sacrilegia cogitationes turpes habitae in ecclesia?*

Recte distinguunt Salmant.⁴ cum Soto, Navarro, Azor, Suarez, etc. — Affirmant, si desideria sunt deliberata peccandi externe in ecclesia; etiamsi illa extra ecclesiam habeantur (juxta dicta *hoc Lib. III.*, n. 43, cum Salmant. etc., communiter). — Secus dicendum, si desideria sint peccandi extra ecclesiam; contra Medinam.

Desideria peccandi externe in ecclesia, sacrificia.

Secus, desideria peccandi extra ecclesiam.

Sacrilegium circa res sacras.

Si vero consensus sit peccandi intra ecclesiam, sed occulte, sacrilegium est; juxta nostram sententiam, allatam mox n. 458, v. *Tertia*.

463. - 3°. Circa *res sacras*, est etiam sacrilegium abuti rebus sacris ad turpi-

Bastl. Pont., de Matr., lib. 10, cap. 10, n. 9. — ¹ Tr. 26, cap. 6, n. 19. — ² De Praec. decal., n. 721. — ³ Tr. 9, cap. 15, n. 68. — ⁴ Tr. 26, cap. 6, n. 24. — ⁵ *Sotus*, in dist. 18, qu. 2, art. 4, post concl. 7, *Circumst. loci*. — *Navar.*, in can. *Consideret*, in princ., n. 21, de Poenit. dist. 5. — *Azor*, part. 3, lib. 3, cap. 27, qu. 15. — *Suar.*, de Relig., tr. 2, lib. 3, cap. 7, n. 7. — *Salmant.*, tr. 21, de Praec. decal., cap. 12,

non obscure hanc tenere opinionem, quandoquidem de sacrilegio hac in materia disputantes, de sola seminis effusione loquuntur.

^{f)} Vasquez, in *Iam 2ae*, disp. 98, cap. 3, in princ., negat turpiloquium in ecclesia esse sacrilegium, quia turpi sermone ecclesia non profanatur, «sicut de pollutione definitum est».

^{g)} Diana, part. 1, tr. 7, resol. 25, de solis tactibus impudicis loquitur, et concordat.

463. - ^{a)} Atvero, lib. VI, n. 35, v. *Valde*, ad quem remittit lectorem, S. Alphonsus, etsi dicat valde probabilitate peccatum grave admittere, eum qui, *existens in mortali*, Eucharistiam ex officio tangit immediate vel mediate, puta gestando in processione vel populum benedicendo, attamen addit id ipsum non improbabiliter negari.

^{b)} Lugo, de Poenit., disp. 16, n. 524, con-

ter peccandum. Ideo sacrilegium quidem committit, qui, indutus ad Missam, se polluerit, etc.: ut Diana et Tancredus, apud Salmant.⁵

Dubitatur: *an sacerdos gestans sacramentum Eucharistiae, peccando externe vel interne contra castitatem, committat aliud sacrilegium?* — Affirmant communiter Tamburinius⁶ et Salmant.⁷ cum aliis. Ratio, quia sancta sancte tractanda. Sed vide ^{a)} dicenda *Lib. VI*, n. 35, in fine, v. *Valde*.

Sic pariter dicunt Salmant.⁸ cum Hugo⁹, Tamburino¹⁰, etc., non posse excusari a sacrilegio, qui se pollueret statim post Communionem, scilicet post ^{a)} medium horam circiter.

Non autem committit sacrilegium, qui peccat gestando reliquias aut agnos cereos; neque, si illas daret amasiae titulo donationis. — Secus, si daret in premium peccati; nam esset tunc sacrilegium et simonia. Salmant.⁹ cum Azor et Filiiuccio.

An autem sit sacrilegium peccatum carnale commissum in diebus festis? — Affirmant aliqui. Sed probabilius negatur cum Salmant.; quia finis praecepsi non cadit sub praecepto. Vide dicta *hoc Lib. III.*, n. 46 et 273.

n. 28. — *Joan. Medina*, tr. 2, cod. de Confess., qu. 9. — *Diana*, part. 10, tr. 12, resol. 54. — *Tancred.*, de Poenit., disp. 6, qu. 36. — ⁵ Tr. 26, cap. 6, num. 37. — ⁶ Method. confess., lib. 2, cap. 7, § 5, n. 38 et 42. — ⁷ Tr. 26, cap. 6, n. 36. — ⁸ Loc. cit., n. 37. — ⁹ Loc. cit., num. 38 et 39. — *Azor*, loc. cit., cap. 27, qu. 4 et 5. — *Fili.*, tr. 30, num. 129 et 130. — *Salmant.*, tr. 28, cap. 1, n. 218.

cordat, loquens de eo qui statim post Missam peccat cum concubina.

^{c)} Tamburinius, *Method. confess.*, lib. 2, cap. 7, § 5, n. 38, i. f., concordat, loquens de eo qui statim post Communionem internum concupiscentiae peccatum admittit. Multo igitur magis idem dicere censendus est de eo qui se polluit.

^{d)} Scilicet *infra* medium horam, ut liquet ex contextu. Idem patet etiam ex *Istruzione e Pratica*, (edit. 6), cap. 9, n. 23, ubi S. Doctor affirmit sacrilegium admittere sacerdotem, «qui turpiter peccat... statim post Communionem, v. gr. *infra* medium horam». Ipsius quoque Salmant., loc. cit., hoc modo explicant verba *statim post Communionem*, scilicet: «Quare post dimidiata horam aut paulo minus..., jam non erit sacrilegium».

Sacerdos gestans Eucharistiam, et peccans contra castitatem.

Se poluerestatim post Communionem, sacrilegium.

Peccare gestando reliquias, etc. non est sacrilegium.

Ea dare amasiae, quando sit sacrilegium.

Peccatum carnale in festis, non est sacrilegium.

Aliquando, lethalis.

Alias, venialis.

Alias, nullum peccatum.

Mollities, quid.

Aliquando aliam speciem adjunctam habet.

DUBIUM III.

Quae sint species Luxuriae consummatae contra naturam.

464. *Quid de congressu innaturali.* — 465: *Quid de mollitie.* — 466: *Quae sit sodomia imperfecta, et quae perfecta.* — 467: *An pollutio habita, tangendo puerum aut mulierem, sit diversae specie.* — 468: *An in sodomia sit explicandum, si quis fuerit agens vel patiens.* — 469: *An sodomia inter conjunctos addat speciem incestus.* — 470: *Quae sint poenae sodomitarum.* — 471: *Quid requiratur ad eas incurriendas. Et an clerici patientes illas incurvant.* — 472: *An poenae incurvant ante sententiam.* — 473: *An eas incurrat clericus, exercens bestialitatem.* — 474: *Quid de peccato bestialitatis.* — 475: *De peccato cum daemone. Quid, si daemon repreäsentet personam nuptam, sacram, etc.*

« simul imaginatur ac desiderat congressum alicujus personae liberae, conjugatae, etc. Quod proinde, si fiat, in confessione aperiendum est. — Plura de mollitie, vide sequenti Dubio ».

466. - « *III°. SODOMIA imperfecta.* — Et est congressus cum debito quidem sexu, maris nempe cum femina, sed extra vas naturale. Potest etiam simul habere alias malitias, v. gr. adulterii, si fiat cum conjugata; incestus, si cum consanguinea. — Bonacina², Filiucci³.

« *IV°. Sodomia perfecta.* — Et est congressus duorum ejusdem sexus, ut manus cum mare, vel feminae cum femina. — Et potest etiam habere alias malitias adjunctas, v. gr. incestus. Quo casu, generationis gradum non necessario explicari docet Escobar⁴; sed satis esse dicere: coivi cum consanguineo vel affine; quia nec miscetur caro, nec contrahitur affinitas, nec linea variat speciem. Ita ille. — Explicandum tamen esse, fuisse agens an patiens, dicit card. Lugo⁵ « contra Diana⁶ ».

Quaestio magna est: *In quonam actu consistat sodomia?*

Alii tenent consistere in concubitu ad indebitum vas: alii, in concubitu ad indebitum sexum. — Utraque sententia est probabilis. Et in utraque sententia cernitur specialis deformitas, quam habet sodomia contra naturam; quae requirit utrumque servari ad generationem, id est debitum vas et debitum sexum.

Primam autem sententiam, quod sodomia sit in congressu ad indebitum vas,

n. 45, v. *In sodomiane*. — ⁵ De Poenit., disp. 16, n. 243. —

⁶ Part. 3, tr. 4, resol. 159; et part. 6, tr. 6, resol. 36.

Sodomia, quid.

Sodomia, perfecta.

Probabiliter consistit in congressu ad indebitum.

Probabiliter consistit ad sexum indebitum.

Consecratio.

tenant Trullench, Reginaldus, Henriquez^{a)}, Covarruvias, Lezana, Leander, Llamas, et communiter juristae, apud Salmant.¹ — Hinc dicunt veram sodomiam committere, qui coit in vase praepostero cum persona etiam sexus diversi.

Secunda vero sententia, probabilius et communis theologorum, tenet consistere in congressu *ad indebitum sexum*. Ita S. Thomas², Lessius^{b)}, Holzmann^{c)}, Elbel^{d)}; ac Salmant.^{e)} cum Sà^{f)}, Azor, Bonacina, Cajetano^{g)} et aliis plurimis. — Ratio, quia vera et propria sodomia committitur in accessu ad personam, cum qua nullo modo generatio fieri potest.

Hinc infertur 1^o. Esse veram sodomiam coitus feminae cum femina; ut dicunt S. Thomas^{h)}, Roncagliaⁱ⁾, Holzmann^{j)}, Sporer^{k)}; Salmant.^{l)} cum Cajetano, etc. — Quamvis non improbabilius sentiat Elbel^{m)} cum Felice Potestàⁿ⁾, hujusmodi concubitum, etiam cum affectu ad vas praeposterum^{o)}, non videri nisi sodomiam impropriam: cum inter feminas non possit dari copula perfecta.

Trull., lib. 6, dub. 8, § 2, num. 1. *Regin.*, lib. 22, n. 49. — *Covar.*, de Matrim., part. 2, cap. 7, § 5, n. 10. — *Lezana*, Sum. quaest. regul., tom. 1, cap. 5, n. 11. — *Leand.*, tr. 4, de Poemit., disp. 8, § 3, qu. 31. — *Llamas*, Method., part. 8, cap. 8, § 24. — *Tr.* 26, cap. 7, num. 81. — ^o 2^o 2^o, qu. 154, art. 11, corp. — ^o De Praec. decal., num. 676. — ^o De Praec., n. 263. — ^o Tr. 26, cap. 7, n. 82. — *Azor*, part. 8, lib. 3, cap. 18, init. — *Bonac.*, de Matrim., qu. 4, punct. 11, n. 1. — ^o Loc. cit. — ^o Tr. 12, cap. ult., qu. 1. — ^o Loc. cit., n. 676. — ^o Part. 4, cap. 8, n. 626. — ^o Loc. cit., n. 80. — *Cajetan.*, Sum., v. *Sodomia*. — ^o Loc. cit., n. 263. — ^o Tom. 1, n. 2171. — ^o Method. confess., lib. 2, cap. 7, § 10, num. 69. — ^o De 6^o Praec., art. 6, sect. 2. — ^o Lib. 3, part. 1, n. 920, i. f.; et lib. 6, part. 2, n. 1082. — ^o Loc. cit., n. 88. — ^o Loc. cit., § 10, n. 72. — ^o Loc. cit., num. 82. — *Bonac.*, loc. cit., num. 1. — *Tambur.*, loc. cit., n. 74. — ^o Loc. cit. — ^o Loc. cit., n. 74. — ^o Loc. cit., n. 64. — ^o Loc. cit., n. 720, ad 4. — ^o Loc. cit., n. 636.

466. — ^{a)} Henriquez, lib. 11, cap. 17, n. 7, hanc sententiam forte inculcat, dicens motu divortii faciendi adesse, « si vir provocat ad nefarium peccatum sodomiae ».

^{b)} Lessius, lib. 4, cap. 3, n. 89, utrumque modum coitus, nempe cum eodem sexu vel cum diverso in vase indebito, ad sodomiam pertinere dicit; priorem tamen graviorem esse, et deformitatem continere diversae specie, ratione circumstantiae ejusdem sexus.

^{c)} Sà non bene citatur a Salmant.; dicit enim, v. *Luxuria*, n. 5: « Sodomia est cum duo ejusdem sexus commiscentur..., vel cum femina vir praepostere ».

^{d)} Cajetanus, in 2^o 2^o, qu. 154, art. 11, ad 4 dub., non aliud habet quam: commixtio nem viri cum muliere contra naturam, et cum puero, esse peccata specie distincta. At in *Sum.*, v. *Sodomia*, sodomiam esse dicit, « dum commiscentur personae ejusdem sexus...; vel mas et mulier, sed non in loco naturali, aut consummando innaturaliter ».

^{e)} Ampliationem istam non affert Potestà.

Infertur 2^o. Esse veram sodomiam, quemcumque concubitum, sive corporum conjunctionem habitam cum persona ejusdem sexus, sive in vase praepostero, sive in alia parte. Semper enim adest tunc, regulariter loquendo, affectus ad indebitum sexum; ut tenet Tamburinius¹⁸, Roncaglia¹⁹, Continuator Tournely²⁰, Croix²¹, Salmant.²².

Hinc dicunt Roncaglia²³ Tamburinius²⁴ et Salmant.²⁵, contra Graffium²⁶, non esse necessario in confessione explicandum, si pollutio fuerit intra, vel extra vas. Sufficit enim confiteri: *peccavi cum puer*, ut confessarius judicet adfuisse sodomiam cum pollutione. Si vero non adfuerit pollutio, deberet explicari.

Infertur 3^o cum Salmant.²⁷, ac Cajetano²⁸, Sà²⁹, Bonacina, Tamburino et communiori, coitum viri in vase praepostero mulieris esse sodomiam tantum imperfectam, specie distinctam a perfecta; ut ajunt Tournely³⁰, et Tamburinius³¹. Qui³² notat cum Filiuccio³³, et recte consentiunt Holzmann³⁴ et Sporer³⁵ (cum

communi, ut asserit), quod si vir coiret inter crura, brachia aut alias partes mulieris, esset quaedam copula inchoata, saltem in affectu. — Unde, juxta hanc doctrinam, vir concumbens cum virgine extra vas, duo committit peccata, contra eamdem quidem castitatem, sed diversae speciei: unum, fornicationis in affectu, alterum, contra naturam in effectu.

Dicunt autem praefati Sporer, Holzmann, et Tamburinius¹ cum Angelo, quod confessarius, intelligens mulierem cognitam fuisse extra vas naturale aut praeposterum, non debet querere in quo loco vel quomodo.

An autem *pollutio in ore sit diversae speciei?* — Affirmat Sporer², cum aliquibus apud Diana³; et hoc peccatum vocant irrumationem. Sed probabilius dicunt Holzmann⁴, et Filiuccius⁵ cum Cajetano⁶, Graffio⁷, etc., quod si vir polluitur in ore feminae, erit copula inchoata, ut supra: si vero in ore maris, erit sodomia.

Quale vero peccatum sit *coire cum femina mortua?* — Dicendum cum Holzmann⁸, Salmant.⁹, Sporer¹⁰ cum Tamburino, etc. communiter, non esse fornicationem, quia fit cum cadavere: nec bestialitatem, ut quidam volunt; sed esse pollutionem, et fornicationem affectivam.

Sporer, part. 4, cap. 8, n. 636. — *Holzm.*, de Praec. decal., n. 720, ad 4. — ^o Method., confess., lib. 2, cap. 7, § 10, n. 77. — *Angel.*, v. *Interrogations*, n. 1, v. f. — ^o Loc. cit., n. 687. — ^o Loc. cit. — ^o Loc. cit., ad 8. — ^o Tr. 26, cap. 3, n. 74. — ^o Loc. cit., n. 74. — ^o Loc. cit., n. 64. — ^o Loc. cit., n. 720, ad 4. — ^o Loc. cit., n. 636.

dicat peculiares illas corporis partes materialiter se habere in hoc peccato. At Filiuccius, loc. cit., scilicet tr. 30, n. 155, scribit tantum omnes molilites ejusdem speciei esse, sive tactibus propriis, sive alienis provocentur.

¹⁾ A Sporer citantur *aliqui* autores apud Dianam, part. 6, tr. 7, resol. 7, v. *Quaerendum est*, pro ipso tantum vocabulo quo designatur hoc peccatum; quoad doctrinam vero hic expositum Diana solum Fagundez affert.

²⁾ Trullench, lib. 6, dub. 8, § 1, n. 2; Machado, *Perfecto confess.*, tom. 1, lib. 2, part. 3, tr. 19, docum. 10, n. 3; Sayrus, *Clav.*, lib. 8, cap. 5, n. 7; Filiuccius, tr. 30, n. 155; Basaues, v. *Luxuria*, n. 18; item Cajetanus loc. cit., hanc sententiam omnino perspicue innuunt, dum docent omnes pollutiones esse ejusdem speciei, quocumque modo vel quocumque adminiculo (excluso concubitu) procurantur.

³⁾ Bonacina, Trullench, Filiuccius citan-

467. — Dubitatur 1^o. *An pollutio habita, tangendo puerum aut mulierem dormientem aut dolii incapacem, aut pudenda bestiarum*, sed absque concubitu, sit diversae speciei a simplici pollutione?

Prima sententia affirmat; et dicit talēm pollutionem cum puero esse sodomiam: cum femina vero, esse copulam inchoatam. Ita Sporer⁷; et Dicastillus et Diana, apud Salmant.⁸ — *Secunda* vero sententia, cum Cajetano⁹, Azor¹⁰, Bonacina¹¹; et Salmant.¹² cum Trullench¹³, Machado¹⁴, Sayro¹⁵, Filiuccio¹⁶, Basaues¹⁷, etc., tenet, esse simplicem pollutionem. Ratio, quia, quando abest concubitus, dicunt de materiali se habere, quod fiat pollutio tactibus propriis, vel alienis. Sufficit tunc confiteri: *Habui pollutum tactibus alienis*; quando enim non adest concubitus, non adest affectus ad sexum, sed ad pollutionem. Et haec est probabilius.

Notat ideo Roncaglia¹⁸ cum Bonacina¹⁹, Trullench²⁰ et Filiuccio²¹, quod si polluitur tactibus alienis, non oportet ut explicet an tactibus viri vel feminae; quia, cum tantum pollutio tunc intendatur, etiam de materiali se habet, si tactibus viri vel feminae illa eveniat. — Secus tamen dicendum, si facta sit tactibus conjugatae, vel votum castitatis habentis.

⁴⁾ Loc. cit., n. 7, cap. 7, § 2, n. 10. — ⁵⁾ Loc. cit., n. 635. — *Dicast.*, de Just. et Jure, lib. 1, disp. 3, dub. 18, n. 288. — *Diana*, part. 7, tr. 12, resol. 18. — ⁶⁾ Tr. 26, cap. 7, n. 9. — ⁷⁾ In 2^o 2^o, qu. 154, art. 11, ad 2 dub. — ⁸⁾ De Matrim., qu. 4, punct. 10, n. 15. — ⁹⁾ Loc. cit., cap. 7, n. 10. — ¹⁰⁾ Tr. 12, cap. 7, qu. 6, resp. 2.

Pollutio ex tactu pueri mulieris dormientis, bestiarum.

Probabilis est simplex pollutio.

Non explicandum utrum tactus viri an feminae.

Secus si tactus conjugatae aut personae sacrae.

²³⁾ Roncaglia, loc. cit., qu. 1, v. *Ex dictis*, ex parte tantum concordat, negans intervenire veram sodomiam, ubi deest verus coitus, et ibi tantum adesse peccatum sodomiae affective, si tunc unus cum altero coire desiderat.

²⁴⁾ Roncaglia hoc non habet; sed loc. cit., qu. 4, dicit explicandum esse in confessione, num in paciente ex tactibus agentis pollutio intervenerit: « Nam tunc ultra peccatum pollutionis, adfuit etiam cooperatio non solum respectu peccati sodomiae, sed etiam pollutionis ».

²⁵⁾ Salmant., tr. 26, cap. 7, n. 87, negant in sodomia requiri essentialiter ut semen effusio intra vas indebitum fiat.

²⁶⁾ Graffius, *Pract. casuum reservat.*, lib. 1, cap. 11, n. 9, dicit copulam sodomiticam haberi masculino coitu in vase praepostero, sed actum sodomiticum fieri, si quis polluat seipsum « cum secunda persona, quae non solum inter viros, sed etiam inter feminas esse potest ».

²⁷⁾ De Cajetano et Sà; vide notas c et d hic superius.

²⁸⁾ Filiuccius a Tamburino allegatur, quasi

468. - Dubitatur 2º. *An in peccato sodomiae explicandum sit, si quis fuerit agens vel patiens?*

Negant Salmant.¹ cum Diana, etc.; quia, dicunt, taliter coeuntes communiter ambo polluantur. At verius explicandum est, secundum Holzmann², [Contin.] Tournely³, Mazzotta⁴, et Tamburinum, Leandrum, Lugo, etc., apud Salmant.⁵; quia in agente multo facilis adest pollutio, quam in paciente.

469. - Dubitatur 3º. *An sodomia inter consanguineos aut affines addat speciem incestus?* — Tres sunt sententiae.

Prima universe negat cum aliquibus apud Diana, qui eos sequi videtur^a. Quia dicunt incestum committi tantum, quando adest coitus in vase debito cum mixtione sanguinum. — Sed haec non videtur satis probabilis.

Secunda sententia, quam tenent Bonacina^b; item Azor, Candidus, etc., apud Salmant.^c, dicit coitum sodomiticum inter propinquos in primo et secundo gradu esse quidem incestum, cum hic sit vetitus de jure naturali; non vero coitum inter propinquos in tertio et quarto gradu, qui prohibetur tantum a jure positivo inter marem et feminam, in ordine ad matrimonium. — Quare dicunt coitum sodomiticum, qui non dicit ordinem ad matrimonium, non esse vetitum inter tales propinquos de jure positivo, praecise ratione propinquitatis.

Tertia sententia, quam probabiliorem puto cum Lugo^d, Continuatore Tour-

^a Tr. 26, cap. 7, n. 87. - *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 159. — ^b De Praec. decal., num. 678. — ^c De 6º Praec., art. 6, sect. 2, v. f., n. 2. — ^d Tr. 1, disp. 1, cap. 2, dic. 2, qu. 3, v. *Secunda pars*. — *Tambur.*, Decal., lib. 7, cap. 7, § 3, n. 7. — *Leand.*, de Poenit., disp. 8, § 3, qu. 6. — *Lugo*, de Poenit., disp. 16, n. 243. — ^e Loc. cit., n. 86. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 101. — ^f De Matrim., qu. 4, punct. 11, n. 10 et 11. — *Azor*, part. 3, lib. 8, cap. 18, qu. 2 et seqq. — *Candid.*, disquis. 24, art. 23, dub. 28. — ^g Loc. cit., n. 90. — ^h De Poenit., disp. 16, a num. 345. — ⁱ De 6º Praec.,

nely^j, Roncaglia^k, Croix^l cum Silvio et Graffio; item Leandro, Dicastillo, etc. cum Salmant.^m, docet, omnem coitum, sive naturalem sive innaturalem, inter propinquos usque ad quartum gradum, sive sint consanguinei sive affines, sive sint cognati legales sive spirituales, induere malitiam incestus. — Ratio, quia ex lege Ecclesiae, jam debetur his omnibus reverentia et pietas; quae si detur patitur coitu naturali, tanto magis coitu innaturali.

Sic etiam dicunt Salmant.ⁿ, incestum committere, qui polluitur tactibus alicujus conjuncti in quarto gradu. — Idemque dicendum de aliis tactibus impudicis; in quibus explicanda est species personae complicis, an sit consanguinea, conjugata, etc.: cum Continuatore Tournely^o et Viva^p, ac Salmant.^q, qui asserunt esse commune.

Notandum vero, ut certum, explicandum esse in confessione, si sodomia sit habita cum violentia, vel cum persona ligata voto castitatis. Et insuper, si cum conjugata; quia fides matrimonii postulat, ut conjux nullo concubitu carnem suam cum aliis dividat. — Sanchez^r, Trullenbach, cum Salmant.^s.

470. - Quoad poenas autem hujus criminis, sciendum, sodomitas a lege civili damnari poena mortis et combustionis; a jure autem canonico, ex bulla S. Pii V apud Salmant.^t, tam clericos, quam laicos^u religiosos, hoc dirum nefas exercentes (verba bullae) omni privilegio cle-

art. 4, qu. 2. — ^o Tr. 12, cap. ult., qu. 2. — ^p Lib. 6, part. 2, n. 1082. — *Silvius*, in 2^{ma} 2^{ra}, qu. 154, art. 12, num. 2. — *Graff.*, de Arbitrari. confessarior., lib. 2, cap. 34, num. 3 et 4. — *Leand.*, de Poenit., disp. 8, § 3, qu. 50. — *Dicast.*, de Just. et Jure, lib. 1, disp. 3, dub. 18, a num. 294 ad n. 306. — ^q Tr. 26, cap. 7, num. 92 et seqq. — ^r Loc. cit., n. 111. — ^s De 6º Praec. decal., art. 7, sect. 1, i. f., vers. *Hic duo*. — ^t Tr. 26, cap. 7, n. 94. — *Trull.*, lib. 6, dub. 8, § 2, n. 3. — ^u Tr. 26, cap. 7, a n. 98. — ^v Loc. cit., n. 107.

^r Sanchez, de Matr., lib. 10, disp. 4, n. 15, loquitur de sola sodomia quae cum conjugata committitur, et concordat.

470. - ^a Bulla *Horrendum*, de die 30 Augusti 1568 (in Bullar. Romano Mainardi) § 3, mentionem facit de solis presbyteris et clericis, sive saecularibus, sive regularibus. Bulla autem *Cum primum*, de die 1 Aprilis 1566, § 11, omnes, etiam laicos, curiae sae-

In tacti-
bus explic-
anda qua-
litas com-
plicis.

Alia explic-
anda de
sodomia.

Poenae ne-
fandi scele-
ris.

Ut incur-
rantur, re-
quiritur
peccatum
consumma-
tum.

Requiritur
ut sit maris
cum mari.

Reserva-
tio peccati
contra na-
ram et pol-
lutionis.

ricali, officio, beneficio, praesentis canonis auctoritate privari. Et insuper praecipit S. Pontifex, ut ii potestati saeculari trahantur.

471. - Hic plures Quaestiones agitantur; — circa quas, brevitatis gratia dicimus probabilius esse, ad praedictas poenas incurandas requiri:

1º. Ut sodomia sit consummata cum pollutione intra vas: ut (contra Lezana) tenent Roncaglia¹, Bonacina², Holzmann³; item Suarez, Navarrus, Fillicius, Azor, Barbosa, cum Salmant.⁴ et communis. — Nam lex poenalis senior exigit ut crimen sit perfectum et consummatum.

2º. Ut sodomia sit maris cum mari. Nam coitus sodomiticus maris cum femina non est vera sodomia: ut Bonacina⁵, et cum Azor, Hurtado, Dicastillo et communiori tenent Salmant.⁶; contra Lezana et Garcia. — Hinc probabilitate notant Salmant.⁶ cum Bonacina, etc., quod sodomia cum femina non comprehenditur sub reservatione sodomiae. Secus vero, si sit reservatum peccatum contra naturam.

An autem, reservato peccato contra naturam, comprehendatur pollutio? — Videtur de se comprehendi. Sed Salmant.⁷ cum Hurtado negant; quia episcopi, ut

